Narratio ponitur post exordium.

dices, crebrius, aliquando consequitur re-
 quam futationem aliquarum quaestionum,
 pluri- ut pro Milone, & à descriptione distin-
 artitio- guitur: quam Graeci ὑποτύπωσις appel-
 tionis- lant. Narratio enim spectat ad fidem,
 reben- esseq; debet temperatum genus: descri-
 digni- ptio verò ad motum, & requirit ora-
 us esse- tionem grauem. Narrationis exem-
 plum.

emus, Martiales quidam Larini appella-
 eniat, bantur ministri publici Martis, atq; ei ^r cluunt.
 conue- Deo veteribus insitutis, religionibusq;
 ū: iur- Larinatium consecrati: quorum cum
 sia est- satis magnus numerus esset, cumq; itē
 ordioni- ut in Sicilia permulti Veneret sunt,
 sic illi Larini in Martis familia nume-
 rarētur: repente Oppianicus eos omnes
 liberos esse, ciuesq; Romanos cepit de-
 fendere: grauiter id decuriones Larina-
 rdiu- tium, cunctiq; municipes tulerunt.

Descriptionis exemplum.

NON timuisse, si minus vim Deorum, hominumq; famam, at illam ipsam noctem, facesq; illas nuptiales non limen cubiculi? non cubile filiae? non parietes deniq; ipsos superiorum testes nuptiarum? In narratione nuda est oratio: descriptio libidinis maternae oratur interrogatione, & repetitione in singulis.

Narratio est rerum gestarum, ut gestarum expositio; est duplex: una causa, sic: cum statuisset P. Clodius in praetura vexare remp. & c. & cum narrantur studia, mores, eius, qui petit cathedram, aut collegiū. Altera rerum a causam pertinentium, sic: Parēte P. Sestius natus est, iudices sapiēte, sancto, & severo & c. causa erat, virum Sestium damnādus esset de vi: ad quam pertine-

eum esse modestum, officiosum, libera-
ralem.

Esse debet narratio brevis, diluci-
da, & verisimilis: non erit brevis, si idē
sepe dicatur: Sic, ¹vesperi Megaram ad-
uenit simo, ubi aduenit Megaram, insi-
dias fecit virgini &c. neq; si quis parti-
culatim narret, sic, ²accessi ad eedes: pue-
rum euocavi: respondit: dominum quē
sui: domi negavit esse satis erat dixisse
domi negavit esse: quāquam aliquando
seruitur numeris, sic, ³effertur, imus, in
ignē posita est, it ⁴venit, & narrat: neq;
erit brevis si ab ultimo repetatur: sic, uti
nam ne in nemore Pelio, caesa esset abiec-
na trabs, id enim distabat longe à bello
Troiano.

Erit brevis, si seruetur illud præcep-
tum Horatij: semper ad euentum festi-
nant, & in medias res auditorem rapit

Aut
Lib. I.

Iuuen.

3
Teren.4
Horat.4
Art. Poet.

DE RHETORICA.

sic, si petas collegiū dialecticæ, expones
 quæ, eo anno digna comendatione ges-
 seris in dialecticâ, & ante id tempus in
 grammaticâ. Si collegium primariū, au-
 cathedram, sic, Grammaticis præceptio-
 nibus, & cognitione latinæ linguæ dili-
 genter institutus, tradidi me erudien-
 dum præceptorī vigilantī, & docto. Et
 narrationibus nostris requires cetera.

Erit dilucida, si verba sint propria
 usitata, si non longa verborum compre-
 hensio, si personis, & temporibus sit di-
 stincta: si proponas, & rei propositæ or-
 nē, in narrando serues, sic, eo pacto, &
 gnati vitam, & meum consilium cog-
 nosces, & quid facere in hac re te velim.

Erit verisimilis, si locis, & tēporibus
 personisq; consentiat: si dicas Salamant-
 cæ iuris prudentiam, Compluti theolo-
 giam florere: iuueni acri, literato in c-

miti

mitij
 et ign
 legij
 tant
 est, eff
 narr
 beat
 Inte
 Andr
 cogna
 ma at
 illam
 3 Ea
 lescen
 re cap
 ditate
 amet g
 Subi
 ximū t
 ret, qu
 est, ad
 gram f
 Hec p
 a

mitijs primas esse delatas : tardis vero,
 et ignavis dedecus inustum, aditum col-
 legij patuisse laborioso, & docto: cum ex
 tant factorum causæ, sæpe quod falsum
 est, efficitur verisimile: vt cernitur palæ
 narratione Sinonis: erit iucunda, si ha-
 beat metum, spem, admirationem.

Veig.

Interea² mulier quædam ab hinc trieniū ex
 Andro commigravit huic vicinæ, inopia, & Terē.
 cognatorum negligentia, coacta, egregia for-
 ma atq; ætate integra. Metus est neiuvenes
 illam ament, & pereant.

³ Ea igitur mater Habiti, Melini, illius ado-
 lescentis generi sui, contraquam fas erat, amo
 re capta, primo neq; in ipsum, diu in ipsa cupi-
 ditate continebatur, admiratio est vt socrus
 amet generum.

³ Cluens.

Subito⁴ reliquit annū suū, seq; in annū pro-
 ximū trāstulit, nō religione aliqua, sed vt habe-
 ret, quod ipse dicebat ad præturā gerendā, hoc
 est, ad euertendā remp. annū plenū atq; inte-
 gram spes tenuit Clodium perdendū rempub.

⁴ Milon.

Hæc præcepta narrationis præspicue cer-
 nes in narrationibus libri. 3.

DE RHETORICA
De confirmatione.

Confirmatio argumentis instructa, susceptae causae facit fidem. In qua status sunt memoria repetendi: nam si queratur, utrum huic viro sit ingenium, litterae, virtus, erit coniecturalis, qui ex causis, effectis, adiunctis, & alijs debet probari. Si queratur utrum eius facta ex liberalitate, aut ex effusione, ex magnitudine animi, aut ex temeritate sint profecta: ex ingenio aut ex studio manuerint, erit status definitionis: si verum queratur, utrum vere sit laudandus, erit status qualitatis: ad omnem statum argumenta ducenda sunt ex locis: quos statim exponemus,

De refutatione.

partis.

Refutatione id, quod nobis obiicitur, refellimus, vel negando omnino,

quod

quod obijcitur: vel dicendo incerta sumpta esse pro certis; aut ex his non effici, quod volunt homines maleuoli: aut appellando ea alio nomine, aut alia causa esse suscepta, aut eleuando, & imminuendo alio modo.

Cicer

De peroratione.

P² Eroratio est extrema pars in qua, que nobiscum faciunt, augenda & amplificanda sunt: quæ vero pro aduersarijs sunt, infirmanda atque frangenda: id fiet, si res sint graues, illustres: si uerba sint sonantia, quorum litteræ habeant vim & bonitatem natiuam: eius modi sunt, a, o, vocales, ut Romanos: ut iunctæ, ut furentem audacia. r. ut rûpo, vel alteri consonanti adiuncta, sic, ⁴flagrare cepit amenta: ⁴perfregit, ⁴pro-

2
Cic. orat.
2.3
Partit4
Cluent.

DE RHETORICA.

stravit omnia cupiditate ac furore: *U*tionen
 ba etiam sint plena, id est, quæ multis sed em
 syllabis consistunt, & compleant prona figuris
 tiandi contentionem: sic, cum equi nata, &
 Romani relegarentur, qui tyranni necuit in
 minabuntur? sint etiam iuncta: id est, Verrē.
 posita, sic, à consceleratis arma comprantur
 tarētur in tēplum. Sint superlata, id est, moti su
 hyperbolice dicta, sic, hi impleuerunt plebs an
 orbem terrarum sui nominis gloria: & quot q
 in gradu superlativo, ut clarissimèrit loc
 erunt etiam hæ figura in peroratione, Harū p
 petitio, dissolutio in singulis, & c
 iunctis: idem significantia, conglob
 ta definitio, paria paribus, de quibus
 gularim dicemus inferius.

Comprehensio verborum, id est per
 dus longius ducta, cadensq; numero

Observatio.

Peroratio diuiditur vulgò in commo
 tionem

re: *Orationem animorum, & enumerationem:*
multa sed enumeratio virtutū, aut scelerum
prona figuris verborū aut sententiarū illumi-
equit nata, reuera animos mouet: vt Cicero do-
ni docuit in peroratione actionis septimae in
id est, Verrē, vbi tēpla Deorum spoliata enume-
comprantur ornate, & auditores ad odiū cō-
a, idē moti sunt. Si verò rem summā tim com-
ueruplectaris, vt Cicero docuit, tractatis ali-
ria: quot quæstionibus, pro lege Manilia,
ssimerit locus partitioni.

Harū præceptionū vsus, elucet in lib. quinto.

Et c.
nglob
ibus
De inuentione lib. 2.

De locis.

Et per
mero
commo
tionē
LOCUS est sedes argumen-
 ti, argumentum est ratio, quæ
 rei dubiæ facit fidē. Nō omnia
 cōmuni præstare possūt, vt si psuadere
 velis

I
Cicer. top.

DE RHETORICA.

velis Mithridaticum bellum Pompeio mandari oportere: nihil proficies, si dicas Hispaniam opimam esse provinciam: quod cum proposito nihil id habet commercij: debet ergo esse notius, sed id de quo quod tur aliquo modo referri: id sic doceo.

Scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas inest Pompeio, ergo bellum hoc periculosum illi debet mandari: hoc argumentum, ducitur ex adiunctis, quae insunt: talia sunt virtus, scientia et haec autem adiuncta inesse Pompeio, dicent effecta quae, Cicero subiecit, videlicet bellum civile Africanum &c. hoc vno gesta confecta quae esse: rursus probat, saepius cum hoste conflavit, quod alius, cum inimico decertavit: id ducitur ex comparatis: rursus à summo imperatore, fuit ijs artibus institutus, ergo illi debet hoc bellum mandari: ab

AR
A fac
er
babil. b
aliqui
cie

ompe
 fidica
 a: qu
 ercijs
 eo qu
 oceo.
 s, au
 egobe
 dari:
 tis, q
 tia &
 npeio
 , vid
 &c.
 r sus
 ixit, q
 : id du
 mmo
 tus, s
 i: ab
 cio

cienti causa ducitur, pater enim & ma
 gister cause sunt efficientes. Preterea te
 stis est Italia, quam victor Sylla confes
 sus est liberatam, ergo illi bellum debet
 mandari a testimonio, vel à subiecto.

Item idem probatur: testis est Italia
 quam multis cinctam periculis, non ter
 rore belli, sed celeritate consilij explica
 uit. Ab effectis. Si dicas Pompeium esse
 belli fulmem, subsidium Patriæ, terro
 rem hostium, ergo illi bellum debet
 mandari. A conglobatis definitionibus
 ducetur.

Observatio.

Argumentum est probabile inuentum ad
 faciendam fidem. Id ita vellem accipi,
 crebrius oratorem uti argumentis pro
 babilibus: negari enim non potest, cum versa
 aliquando in necessarijs. Id docet Cicero.

DE RHETORICA.

cum dicitur confirmationē verisimilibus argu-
mentis & proprijs rerum notis contineri. pro-
pria rerū notē (vt ipse docet) argumētum est
quod nunquā aliter fit, certūque declarat. Illud
autem est necessariū. Præterea Fabius diu-
signum in 1^o necessarium, & nō necessariū. Ar-
stoteles docet argumentū ab 2^a specie ad genus
affirmando, & à genere ad speciem negando
esse necessarium. Idem à partibus plene enu-
meratis, negādo totum necessatio deleri. In
eodem lib. docet de cōtrarijs. Nā si hic est
didus, nō ergo est niger: si mortuus, ergo nō
uit. Dicitur autem argumentum à definitione
aliquādo esse probabile, nō cū definita res
fertur. Nā id est necessarium, sed cum aliquā
efficitur, vt cum probas rhetoricam ex defini-
tione esse studiosis ediscendam.

Iudiciū de Agricola & Ramo.

Rodolphus Agricola, vir acri in genio
recōditis literis spectatus, tradenda in
tione argumentorū, studiosis plurimū
tulit adiumenti. Petrus etiā Ramus, homo
pius, sed doctus, & limato iudicio prædicatione
Exēplorum copia, & breui locorū partitione
hāc sane disputationē diligenter limauit. Sminatu-
dum vterque inuentionem omnino à iudicio
cernit, & quemadmodū vnū ex altero efficitur,
tur, quod sit antecedens, quod cōsequens, &

1. c. 9

2

10. 2.

3

10. 4.

ter sal-
tatis gr-
ros rer-
pue co-
qui sci-
& in p-
rate iu-
ne ser-
subrili-
nē salt-
genio c-
tis scri-
atferen-
Agrico-
re cou-
ginti lo-
res par-
cile est
ti satis
ue, &
exorfu-
locum
At v-
ditione
culum
Sminatu-
rā in pr-
de ppr-
dū cen-

ter saltem, tradere, prætermittit eruditorū for-
 tassis gratiā, & approbationē aucupatur. Igna-
 ros rerū, & quib⁹ erat, in re tā impedita, præci-
 pue cōsuēdum, parum adiuuit. Aristot. enim,
 qui sciebat inuentionem à iudicio separare,
 & in priori, & posteriori analysi, docuit accu-
 rate iudiciū: in Topicis, vbi erat de inuentione
 sermo, nō destitit vnum ex altero doctē, &
 subtiliter cōcludere, & argumētationis imagi-
 nē saltē adūbrare. Nos vero si potuerimus in-
 genio cōsequi, quod vtile visum fuerit, ex mul-
 tis scriptorib⁹ decerpemus, addemus etiam, &
 auferemus aliquid de nostro, & quod Ramo &
 Agricole defuit quātum in nobis fuerit exple-
 re conabimur. Rodolph⁹ enim quatuor & vi-
 ginti locos fecit, & fere singulos postea, in plu-
 res partes diuisit, quos memoria retinere diffi-
 cile est: & nescio, an suam adiacens à cōtingen-
 ti satis perspicue distinxerit. Ramus etiā à si-
 gne, & efficienti causa inueniendi rationem
 exorsus, definitionem, & partes ad extremum
 locum reseruauit.

At vero eum ¹Plato legem ordiendi à defi-
 nitione d' aliquare disputatibus indixerit, peri-
 culum aberrandi à proposito dissentientibus
 auit. ²Aristot. summa⁹ præceptor, natu-
 rā in primis, quæ definitione cōtinetur, dein-
 de pprium vniuscuiusq; ingenij acie, spectā
 dū censuerit: nobis vtile visum est, à tatorum

¹
In phedro.

³
*Lib. 1. p. p. p.
 ri anal. p.
 sect. 2.*

DE RHETORICA.

virorū sententia, cōsensione fere totius possi-
ritatis approbata, minime declinare.

Quomodo locorum numerus
colligatur.

OMne id quod assumitur ad pro-
bandum, aut refellendum aliqui-
aut assumitur ex sua vi, atque natura
aut ex eo, quod rem attingit: aut extrin-
secus. Si assumatur ex vi sua, erit defini-
tio, partes, proprium: si ex eo, quod rem
atingit, aut est nomē, aut res: si res a-
simplex, aut cōparata: si simplex, aut
sentanea, aut dissentanea: cōsentanea
voco, quę de eodem simul potest affir-
ri, Vt causa effecta, subiecta adiūcta
dissentanea, contraria, aut repugnās
res fuerit cōparata, quod assumitur de-
cetur, ex cōparatis, similibus, aut dis-
similibus: si est nomē, ducetur ex con-
trariis, aut veriloquio. Si extrinsecus de-

2
ora. 32

tur t
csi, c
posi

D
prop
eo, q
cōme
equi
obtin
Ante
D
ciusd
vale
Sic:
O
ind.
inu
mat
tum
philo

tur testimonium. Ex his quindecim locis, eliciemus argumēta, quibus rei propositae faciamus fidem.

De definitione.

Definitio, est brevis, & dilucida rei propositae explicatio, cōstat genere, & eo, quod loco differentiæ ponitur: retro cōmeat cum definito. Sic, ¹ ius civile est equitas constituta civibus ad res suas obtinendam, ergo utilis

¹ Cic. I

Antecedens est definitio iuris civilis.

Definitio vero conglobata, quæ multas eiusdem rei, explicationes breves continet, ² valet multum ad amplificationem & fidem.

² Cic. par.

Sic:

O vitæ philosophia ³ dux, virtutum ³ indagatrix, ³ expultrixque vitiorū: tu ³ inuentrix legum: tu magistra vitæ, ⁴ mater omnium artium, tu donū, inuentum Deorum: ergo colenda accuratè est philosophia.

³ Tuscul.

⁴ Tuscul. 1

Antecedens est cōgiobata definitio, ornatu repetitione.

Hoc genus dicendi ad homines, & res singulares laudando, & vituperando solet apud accommodari.

A literis laus.

Hic vir est splendor scholę, lumen Academicę, ornāmētum reip.⁷ decus literatorū, specimē sapientię, calamitosorū perfugium, portus tutissimus, ad quem studiosi iactati procellis & tempestatibus se solent recipere.

Laus Imperatoris, & optimi ciuis.

Hic est domitor hostium, victor multarum gentium, ex pugnator urbium, belli propugnaculum, extinctor domesticæ latrocinię.

Hunc ² video vindicē vestre libertatis, ³ custodem publicae salutis, ³ subsidium ³ afflictae Reip. repressorem cedis quotidianae, defensorem templorum, & religionum. Ergo laudandus est.

Antecedens conglobata, ornatu mutatio-
ne casuum.

Academia Complutensis est literarum
magistra, conseruatrice catholicae disciplinae,
lux veritatis: domicilium humanae, atq; diu-
inae sapientiae, fidei propugnaculum, pestis
& interitus haereticæ prauitatis: ergo lau-
danda.

Vituperatio.

Hic ¹ armiger Catilinae, signifer se-
ditionis, concitator tabernariorum, de
populator fori, obsessor curiae, ² depecula-
tor ararij, ³ expugnator pudicitiae.

Tu procella patriae, turbo, ac tempestas
pacis, gurges libidinum, vorago, sco-
pulusq; Reip. monstrum, & portentum
in vltimas terras exportandum. Ergo
vituperatione dignus.

DE RHETORICA.

Antecedens definitio conglobata.

Templum illud te consule fuit ⁶ a-
ciuium perditorum, receptaculum Cati-
linae militum, castellum forensis latro-
nii, bustum legum omnium, ac religio-
num.

Basilius, & Cicero multus est im-
genere dicendi.

De partibus Observatio.

Ratio partium, & totius, multiplex
Nam vel vtrumq; est in Categoria substa-
tia. Vt anima, & corpus, manus, caput, &
tes similes: vel partes sunt accidentia, tot
substantia: vt ⁸ animæ pars, vna est, mens-
tera, quæ alitur voluptate, tertia, in qua
rum exillit ardor: vel sic, ⁹ homines, alij g-
ria: alij pecuniæ, alij seruiunt inquisitioni
ritatis. Aliquando totum est accidens, par-
vero in categoria substantia, sic, virtus ali-
equis, alia in hominibus.

Species vero, quæ sunt generis partes,
nant omnem categoriam, nam genus de p-

bus fo-
tur. D

Si
affirm-
parte
tum,
ma no-
volup-
uiat p-
equis
repet-

tum c-
nus, &
Cu-
nus se-
biri-
go qu-
bore-

Ab-
ment-
tione
est vi-
vna p-
est ho-

8

8
duinat. 1

9

9
Tijent. 5

i

i
cibico. 2.

bus formis dicitur inquit: species illi subijci-
tur. De forma, & materia dicemus in causis.

Vis argumentandi.

Si signo vniuersali totum affeceris, siue cū
affirmatione, siue cum negatione, si à toto ad
partes illud duxeris, est necessarium argumē-
tum, sic, nihil mihi dolet ergo neq; caput: ani-
ma non est, ergo neq; mens, neq; ea quæ aliter
voluptate. Hemo non est, ergo neq; qui ser-
uiat pecuniæ: virtus non est: ergo non erit in
equis. ¹ Eques Romanus non tenetur lege
repetundarū, ergo neq; Rabirius. Si argumen-
tum ducitur à superiori ad inferius: inter ge-
nus, & speciem nihil interst.

I
Cic. pro R
birio post

Cum affirmatione, sic, omnis eques Roma-
nus solutus est lege repetundarum: ergo Ra-
birius solutus est: omnis anima est quicta, er-
go quæ consilij est particeps: omnis homo la-
borem perfert: ergo qui gloriæ seruit.

Ab specie ad genus affirmando valet argu-
mentum. Est iustitia, ergo virtus: cum nega-
tione non valet, non est prudentia, ergo non
est virtus: quia potest esse fortitudo. Cum ab
vna parte alterā remoueris à dissentaneis: sic,
est homo, ergo non bellua. Si negaueris om-

DE RHETORICA.

nes partes, necessario tolletur totū. Sic, nec homo, neq; bellua est: ergo animal non est.

² Mors neq; viuis neq; mortuis malum est: ergo ² mors malum non est. & hoc genus valde vtitatum est & huius loci.

Insf. 1.

Deo. 2

Aliquando ex partibus concluditur adiunctum, sic, animantes alix corijs tectax, alix villis vestitx, alix spinishirsutax, pluma alix, alias squama videm⁹ obductas, alias cornibus armatas, alias habere effugia pennarum, ergo magna varietas in animantibus est. Antecedens continet partes, consequens est adiunctum.

Argumenta plura, vt figuræ, solent a Cicero coniungi, sic, a partibus, & adiunctis, quæ insunt, ab effectis & fine: ab adiunctis quæ insunt & fine: quod de aliis dici potest. Vt trademus, & notabimus.

Laus à partibus, vt caput, & adiunctis quæ insunt.

Erat hic vir molliori carne, gracilibus scapulis, oculis celsis, lateribus laxis, naso prominente, vultu macro et sereno: ergo valet ingenio.

Antecedens continet partes.

Vituperatio.

No
non
li, su
qu
rore

den
buc
vita

A
eis'

T
nenti
in fo
cabat

*Non color iste seruilis, non pilos egenos,
non dentes putridi deceperunt: sed oculi,
supercilia, frons, vultus qui tacitus
quidam mentis, sermo est, homines in er-
rorem impulit, in fraudem induxit.*

Ciccr.

Aliud hominis effeminati.

*File vini, somni, stupri plenus, ma-
denti coma, composito capillo, fluentibus
buccis, pressa voce, & temulenta: ergo
vituperandus consul.*

Redit:
natum

Antecedens constat ex partibus, & ad un-
guis in utroq;

Hominis irati.

*Tanquam serpens è latibulis, oculis emi-
nentibus, inflato collo, tumidis cervicibus te
in forū intulisti: ex cuius ore crudelitas emi-
cabat: ergo concitatus tribunus. Ex partibus.*

2
Vatn.3
Verri. 7

Hominis pene mortui.

Cuius nasus acutus, oculi concaui, tempora
 constricta, aures frigidae, & contractae, frontis
 aspera, vultus niger, vel plumbeus: ergo mor-
 ti vicinus est: ex partibus, & adiunctis.

Theatri descriptio ex partibus.

Theatrum Complutense, operis magnifi-
 centia, & literarum gloria celebratum, qua-
 dranguli figura, centum passus circiter, in lon-
 gitudinem, quinquaginta in latitudinem pa-
 tet. Acuius pavimento, coctis lateribus, aqua
 liter strato quatuor gradus scalarum, car-
 leis lucentes lapidibus, ad utilitatem, & ele-
 gantiam assurgunt: Horum summus ceteris
 angustior, ferreis cancellis, quatuor palmo-
 rum longitudine, in omnes theatri partes ve-
 nustissime terminatur: & Doctores theolo-
 gos, iurisperitos, medicos interius ordinem
 confidentes, in distribuenda honorum pecu-
 nia, à magistris extra cancellos sedentibus
 mira varietate, & elegantia distinguit. Pariter
 vero, in ingentem altitudinem erectus, miris
 incrustationibus, & pretiosioribus pigmen-
 tis ornatus, suggesto pulcherrimo, & è regio-
 ne portæ paululum prominente, fenestris

superius

superius ad spectandum idoneis, decoratus,
excipit laqueata tecta, auro, & præcellentium
artificum ingenio illuminata: quæ liberalita-
tem Cardinalis Ximenij, illustrissimi princi-
pis respondent, & Academiæ maiestatem ex-
pressam repræsentant.

Hinc pendent ædificiorum descriptiones.

De proprio.

*Proprium omni, soli, & semper in-
est, sic, est aptus ad suscipiendas, discipli-
nas, ergo consilij est particeps.*

Antecedens est proprium

De causis.

*Causa est, cuius vi aliquid fit qua-
tuor genera fecit Aristoteles, materiam,
formam, finem, efficientem, materia est
ex qua aliquid efficitur: sic.*

5
Lib. 2. P.
c. 3.

*Ædes hæ sunt male materiata. Ergo
ruinã minabuntur, vel parui sunt pretij.*

Antonius morbis obnoxius est, & contrarijs initijs concretus. Ergo interbit: à materia ducitur.

Forma dat esse rei, vsus.

Homo est animal² prouidum, sagax, multiplex, acutum, plenum rationis: ergo ceteris anteponendum, à forma.

Finis cuius causa aliquid fit: sic.

Præmia sunt, ergo laborandum est, à fine.

³Si hæc arma, si Capitoline cohortes, si excubie, si delecta iuuentus, quæ in corpus domumq; custodit contra Milonis impetum armata est: atq; illa omnia in hunc unum instituta, parata, intentataq; sunt: ergo magna certe in hoc est vis, & incredibilis animus, & non vni viri virtus, atq; opes indicantur.

Ex fine ducitur.

Ornatur repetitione, similiter eadem, & eadem significantibus.

Laus viri litterati a rebus effectis, & fine.

Hic summus vir labores suscepit, difficultates exorbuit, famem, & sitim pertulit, se multis periculis obiecit, ut Deo prepotenti seruiret, alijs prodesset, studiosorum mentibus lumen praeferret, veritatem latentem ex rerum visceribus erueret.

Laudibus ergo magnis debet extolli, praemijsq; amplissimis decorari.

Ornatur dissolutione in coniunctis.

Vituperatio viri litterati a rebus effectis & fine.

Si hic vir studiū suum, ad philosophiā

accuratissime contulit, in iuris prudentia, quae
 dentia quasi vitae tabernaculum collocat, quae
 uit: si quaestiones obscurissimas percussas, prior
 sas, & quasi decantatas habuit in prope
 pu: ut se locupletaret, optimum quem euerj
 suis bonis euerteret, capite, & fortun quia
 oppugnaret, praesidia recipere. cōuelleret scelu
 nō debet verberari cōuitio? non ornatis in
 tis nudari? non acerbissimas poenas R
 pub. pendere?

Argumentatio.

Didicit artes, ut alijs noceret, ergo debet
 poena multari Ornatur repetitione, dissolu
 tione, interrogatione.

174 Deo Partes corporis nullum habent usum, ergo
 Deus teste tuus, non solum digito vno redit
 dat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, s
 uo, tergo, poplitibus, manibus, & pedibus, &
 Ex fine ducitur, ornatur dissolutione in sin
 gulis.

De efficiente, unde est prin
 cipium motus.

Ex efficientibus causis vna est absol
 prob

ta, quæ nō alia indiget: altera adiuvās:
 quæ vult, ab alijs adiuvāri. Exemplum
 prioris.

¹ Patrię proditiones, rerum publicarū
 euerſiones, cum hostibus clādestina collo
 quia, ex voluptate nascuntur. Nullum
 scelus, nullum magnum facinus est, ad
 quod suscipiendum, non libido volupta
 tis impellat.

^I
 Seneca

Ex² luxuria existat auaritia necesse
 est. Ex auaritia erumpat audacia, inde
 omnia scelera & maleficia gignuntur.

²
 Roscio
 ri.

Argumentatio.

Est voluptas, ergo patrię proditiones & o
 mne scelus. Est luxuria, ergo auaricia, au
 dacia. Antecedens est causa efficiens absolu
 ta, ornatur dissolutione, gradatione.

Adiuuans causa, ut parentes, magi
 stri, instrumēta, leges, magistratus, &
 alia. Sic laus.

¹ Quis enim illo est, aut nobilitate, aut
 probitate, aut optimarum artū studio,
 aut

^I
 Cic. Ma

aut villo genere laudis præstantior.

Laus ex efficienti.

Hic vir honestissimo loco natus, maiorum suorum respondit virtuti, nobilitati: qui bello, & pace, litteris, armis, opibus, & dignitate præclarissimæ, fortitudinis, & liberalitatis officia ita diligenter seruauerunt: vt reus qui ciues eos, singulari admiratione, beneuolentia complexi, decretis honoribus publice, huic familiæ immortalitatem videantur dedisse.

Ciues maioribus huius immortalitatem mererunt: ergo hic laudandus Ab adiunctis quæ circumstant, sed pater huius floruit honoribus ergo hic dignus est laude: ab efficienti causa. De qua nunc.

² Meecæpas atæis edite regibus.

² Mercuri facundæ nepos Atlantis.

.I. CAR.

A Magistro.

Fuit litteris eruditus ab eo viro, qui cognitione perfecta magnarum animi, laboris præstantia

tiens

cientia
intellig
duntar
quos s
demia,

Ergo
vir lau
& illa a
tur.

O fac
tia, nec
gnatio
ficiens

Qua
que ma
runt? e

Hoc
frui m

tatis,

scientia, vitæ probitate, multum excelluit: qui intelligendi vi, expedita docendi ratione, assiduitate, & amore erga discipulos, ex his viris, quos summes coluit, & præmijs ornauit Academia, nemini debeat primas concedere.

Argumentatio.

Ergo Mecœnas, Mercurius, Marcellus: hic vir laudandus est. ab adiuuare causa ducitur, & illa adiunctis, paribus, dissolutione ornatur.

Vituperatio a genere.

Hic homo ex Argilla, & luto fictus.

O familia, non dicam Calphurniæ, & Caluæ, neque paterni generis, sed Bracchatæ cognationis dedecus. Ergo vituperandus. Ex efficiente, & adiuncto.

3 Cic. Pis.

Instrumenta.

Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti operis fuerunt? ergo mundus non est ædificatus.

Alegibus.

Hoc est vinculum huius dignitatis, qua fruimur in Repub. fundamentum libertatis, hic fons equitatis: mēs & animus,

4 Cluentia.



Et consilium, Et sententia ciuitatis, Et
ta est in legibus.

Legum ministri, magistratus, legum
terpretes, iudices, legum deniq; idcirco
omnes serui sumus, vt liberi esse pos-
mus: ergo leges sunt seruanda.

Antecedens est causa adiuuans. ornata
finitionibus conglobatis, repetitione, &
ribus.

recell.
Causam absolutam coniunxit Ci-
ro, Sic, Et certe militum virtus, locorum
opportunitas, classes, commeatus ma-
iuuant: at vero hoc totum, quanti-
cunq; est, totum est inquam tuum.

Ergo maior laus tibi parta est, vt
tuto Marcello, cuius tu es absoluta
sa, quam domitis gentibus, cuius est
sa adiuuans.

Observatio.

² Aristoteles, & Cicero docent causam
cientem, modo esse voluntariam. Sic, ³ in de

meo ad ea arma sum profectus, quę erant sum-
 pra contra te. Modo necessariam. Sic, ³ fatalis
 quędam calamitas incidisse videtur & impro-
 uidas hominum mentes occupauisse. Modo
 fortunam, sic, Aliqui putant ⁴ mundum hunc
 ornatissimum effici ex fortuita atomorum cõ-
 cursione: modo imprudentiam, sic, ³ erraui, te-
 temere feci, delicti veniã peto: modo pertur-
 bationem, sic, iratus vinolentus facinus ad-
 missi.

—³
Cic. III3
Ligar.4
Cic. nat3
Ligar.

Ex effectis.

*Res effecta oritur ex causis, & la-
 tissime patet.*

Laus litterati ex effectis.

*Hic vir à pueritia, signa ad bene de
 se sperandum sustulit, auide litteras
 arripuit, summos viros preceptores ha-
 buit, ab eorum latere non discessit, soli-
 da & vera probauit, trita, & peruaga-
 ta, nouis & exquisitis rationibus perpo-
 liuit, difficilia, & tenebricosa ingenij
 acie illuminauit, ut publice, & priua-*

rim magnam famam consecisse, et
 aequalibus suis ac maioribus natu-
 longius videatur euolasse.

Laus clementiæ Cæsaris
 ex effectis.

Cæsar dignitatem reipub. suis doloribus
 vel suspicionibus anteposuit, quod
 gloria erat adeptus, victis remisit, sum-
 cel. ¹animum vicit, iracundiam cohibuit,
 gloriam temperauit, aduersarios non
 do iacentes extulit, sed eorum dignita-
 tem amplificauit, Ciceronem a Pompe-
 stantem in suâ familiaritatem recepit,
 Marcellum apertum inimicum Respu-
 condonauit, et in pristinum splendorem
 rem restituit.

Argumentatio. Hæc fecit.

Ergo hic vir laudandus est: ex effectis
 naturæ dissolutione in coniunctis.

Argumentatio

Argu-
 bus, & c.
 4. & 6

D

Ad

ictio in
 cunstati
 cupatur

Ab

Sun

motus

licand

noriam

In eo

ptimis

ntum

plinis

Erat

doctr

Argumenta ex effectis ducta in laudationibus, & locis communibus sunt, ibi require lib. 4. & 6.

De subiectis & adiunctis.

Adiunctum est triplex: quod subiecto inest, ut homni valetudo: quod circumstat, ut amici: quod circa aliquid occupatur, ut philosophia circa naturam.

Ab ijs quæ infunt laudatio.

Sunt in hoc viro² celeres quidam motus, ad excogitandum acuti, ad explicandum, & ornandum vberes, ad memoriam firmiatq; diuturni. ² Oratore

Aliud.

In eo enim³ elucet diuinum ingenium, celis³ optimis artibus eruditum, maximo inventum usu, exquisitis, & reconditis disciplinis⁴ perpolitum. Aliud.

Erat ei natura admirabilis, exquisita doctrina, singularis industria. ⁴ claril.

1
107. 1.

Quod acumen? quæ celeritas respondendi
& lacessendi? quæ eruditio? quæ vibrantia
quæ rerum scientia? naturæ muneribus
habilis, & aptus, ut ab aliquo Deo factus
videatur. Ergo laudandus.

Ab adiunctis quæ insunt, à fine, & effica-
te, ornatur dissolutione, similiter cadentibus
interrogatione.

Vituperatio ab ijs quæ insunt.

2
107. 1.

² Hi hesitantes lingua, vocè ab-
motu corporis vasti & agrestes.

3
107. 5.

Hic ³ armatus audacia, instinctu
rore, conquisitis vitijs deformatus.

4
Latinus.

⁴ Illi est aspera natura, difficilis
tus, gravis vultus, superba responsio
solens vita.

Argumentatio.

Ergo illi non erunt oratores. Hic vitu-
dus est. Ab adiunctis quæ insunt: ornata
tributione: dissolutione.

Adiuncta, quæ circumstant, amici, ope-
nor, ab his laudatio, sic.

N

Nullus fuit doctor, in Accademia,
 qui valeret autoritate: nullus institu-
 tor, frequentia discipulorum stipatus:
 nullus collega alicuius existimationis:
 nullus religiosus, litteris & vita proba-
 ta, nullus bonæ indolis iuuenis, qui
 eius actionibus publicis interesse nō cu-
 peret, eius sententiā non probaret, in-
 genium, & doctrinam non admira-
 retur.

Laudatio viri ad opibus & ho-
 noribus.

Agros habuit optime cultos, & fer-
 tiles, ædes magnificas, plurimas & be-
 nefundatas opes: præerat tertio quoq;
 anno Reipub. facilis erat ad illum adi-
 tus: nunquam se extulit in potestate,
 non fuit insolens in pecunia, nunquam
 se alijs prætulit propter abundantiam
 fortuna: vt copia non superbia, & libi-

5
 Rabir post.

1
 Lege Mani.

2
 Orat. 2.

DE RHETORICA.

dini, sed bonitati, ac moderationi facti-
tatem, & materiam videantur de diffi-
cili. Ab amicis vituperatio.

3 Quis tota Italia veneficus? quis latro quis
sicarius? quis parricida? quis testamentorum lib-
iecto? quis circumscriptor? quis nepos? quis
adulter? qua mulier infamis? quis corruptor
iuuentutis? quis corruptus? quis perditus? qui
ueniri potest, qui cum Catilina, se familiaris
me non vixisse dicatur? Argumentatio. Ergo
hic vir laudandus, Catilina detestandus.

Antecedens continet adiuncta, quae circum-
ornatur distributione in coniunctis, repeti-
dissolutione, interrogatione.

Ab adiunctis quae circa occupan-
tur laudatio.

4
ge Man.

4 Labor in negotiis, fortitudo in pericu-
lis, industria in agendo, celeritas in
faciendo, consilium in providendo et
Pompeio.

Vituperatio.

5 Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas
in suppliciis, auaritia in rapinis.

5
m. 19

super

superbia in contumelijs efficere potuisset, eas omnes, Verre prætor per triennium Siculi pertulerunt.

Argumentatio.

Ergo Pompeius Magnus Imperator. Verres pessimus prætor. Ex subiectis & adiunctis circa quæ ornatur paribus.

Adiunctum ante rem, ut colloquia, & cū re ut pedum crepitus, post rem titubatio, gladius cruentus. Vel inest, vel circumstat.

Argumenta ex pluribus locis ducta cōiunxi.

Quis enim aliud, in maxima discentium multitudine, summa magistrorū copia, præstātissimis hominum ingenijs, infinita causarum varietate, amplissimis eloquentiæ propositis præmijs, esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem difficultatem?

Explicatio. discentes, adiuncta quæ circumstant. magistri causa efficiens, varietas causarum, adiuncta circa quæ. præmia, finis.

Argumentatio.

Sunt auditores, magistri, causæ, præmia, & paucitas oratorū: ergo difficilis oratoria facultas. Ab efficienti, à fine ab adiunctis ducitur.

DE RHETORICA.

De subiectis.

Subiectū dico cui res inest, vt sciētia ingenio: locus, tēpus, & circa quod, vt modo expositum est. Sic.

Animus nō permanet, sed extinguitur, ergo mors malum non est.

Ex subiecto ducitur, quo extincto, malum quod est accidens, deletur.

Aristot. problem. sectio. 14. docet mores terribiles esse hominibus, qui in exuperantia honoris & caloris viuunt.

Ex loco laudatio.

Ad sunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio fruges, iura, artes orta, atque in omnes terras distributa putantur. Massilia quae sic optimam consilio gubernatur, vt omnes eius inuenta laudare facilius possint, quam generaliter: his utitur laudatoribus Flaccus.

Argumentatio.

Ergo fides illis est habenda: ex loco & subiectis ducitur, ornatur dissolutione.

Asia vero tam opima, & fertilis

vt
mag
rum
terra
Ergo

V
Phry
quid
Carin
Ergo
tione,
Sic
imago
locus
ergo
Si lite
nas R
ser ma
a loco

Vide

6
3
ge Alant

vt ubertate agrorum, varietate fructuum
 magnitudine passionis, multitudine re-
 rum, quæ exportantur facile omnibus
 terris antecellat.

Ergo defendenda est, ex loco & adiunctis.

Vituperatio ex loco.

*Vestrum hoc vetus proverbum est,
 Phrygem plagis solere esse meliorem: si-
 quid cum periculo experiri velis, id in
 Caria⁴ potissimum esse faciendum.*

⁴
Flaco.

Ergo Phryges, & Cares se uili sunt condi-
 tione, quibus credendum non est.

Sic sane vt vultis Deus, effigies hominis &
 imago: quod eius domicilium? quæ sedes? qui
 locus? Argumētatio. Deus non habet locum,
 ergo non est. à loco ducitur.

Si literas Græcas⁵ Athenis, non Lilybei, Latī-
 nas Romæ, non in Sicilia didicisses, tamen ef-
 set magnum tantam causam viribus sustinere,
 à loco.

⁵
Petric.

Ex loco.

Vide plura in laudationib⁶ patriæ lib. 4

De tempore.

In tempore spectamus, presens, praeteritum,
& futurum, longum, & breue, hyemem, ver, aestatem,
autumnum: annum, mensem, diem, horam, & quae
ad hominis aetatem pertinent: ut pueritiam, ad-
ulescentiam, iuuentutem senectutem: Sic.

Man. ¹ Qui extrema pueritia miles factus
summi Imperatoris, ineunte adole-
scentia, maximi ipse exercitus Imperatoris
Hoc bellum, quo omnes nationes,
que gentes premebantur, Pompeius
extrema hyeme apparauit, ineunte vere
scepit, media estate confecit.

Ergo Pompeio Mithridaticum bellum
bet mandari. A tempore, a rebus, ab effe-
ctis ducitur, ornatur dissolutione.

Ex tempore, & loco, ducitur pro Milone
Clodium occisum hora decima, in monimen-
tis maiorum. Pro Quintio. Biduo Neuius
septingenta millia stadiorum confecit. Quo-
ne Pegasus quidem potuisset. ² Carthaginienses
teneri Alpibus, Pado. Et undique, hinc
lud breui litteras didicit.

A disse

A dissentanciis.

Dissentanea sic se habent, ut vnum de altero dici non possit. Duo sunt genera, vnum, quod certa, alterum, quod incerta lege repugnat: prius contrarium, posterius repugnans, seu differens appellatur.

Contrariorum quatuor sunt formae, aduersa, quae in eodem genere plurimum differunt, & vicissim insunt: priuantiā, ut vita, & mors: quae cum aliquo conferuntur, ut miles, & Imperator: negantiā cōtraria aientibus, ut si hoc est, illud non est. Repugnantiā differunt numero, specie, aut genere. ut Cicero differt à Catone, ab equo Caesaris, à iustitia, & reliquis categorijs.

Cicer. 107

Argumentandi modos ex contrariis duos fecit Aristoteles: sic. Huic iustitia inest, ergo non iniustitia: & hic est necessarius: alter contrariorum, contraria esse consequentia:

sic

DE RHETORICA

sic, virtus est expetenda: ergo vitium est fugiendum. Nos addemus tertium.

Vsus secundi.

1. *Summum malum est viuere cū dolore, ergo vltimum bonorum, viuere cū voluptate.*

5 *Fatentur satis magnam vim esse vitij, ad miseram vitam, ergo fatentur satis magnam vim esse in virtute ad beatam vitam.*

Laus a cōtrario viri docti.

Segnes Agricola, ignaui milites, di & rudes in literis pro nihilo putantur, afficiuntur dedecore, & collegij prohibentur ingressu: hic vir, qui acrogenio, flagranti studio, tanquā gradibus ad maximos honores peruenit: quibus laudibus debet extolli? quibus praedecorari? qua beneuolentia coli?

Apriuantibus relatis, & negantibus.

¹ *Sextij mortem ornandam sempiterno monumento, putareis: ergo eius vita, ornamentis spolianda non est. Ego non sum tibi senator, tu ergo non eris mihi consul. Vitricus tuus fuit in tanto scelere, ergo poena debuit affici.*

²
Orat. 3

³
Philip.

Idem enim est. Vitium in scelere esse fatere, poena effectum querere?

⁴ *Negas animum esse ergo non debes dicere animum eundem esse.*

⁴
Tusc. 1

Explicatio.

Dolor & voluptas, vitiū, & virtus aduersa: mors & vita priuantia: senator, & consul, scelus & poena, relata: negas, & dicis, negantia.

De tertio genere contrariorum.

Tertium genus ducendi argumentum ex contrarijs (quod in alijs non vidi) est cum duobus contrarijs pro antecedente sumptis, tertium aliquid efficitur, & crebro vsurpatur
maxi-

maximūq; orationi splendorem accersit, sic
 6 Absentes adsunt, egentes abund-
 dant, imbecilles valent, mortui viuunt,
 ergo amicitia, maximas habet cōmodi-
 tates.

Ex priuantibus.

7 Quem esse negas, eundem esse dico,
 ergo non est tibi acumen ingenij,

1 Modo ais, modo negas, ergo incons-
 stans es.

Ex negantibus.

De hoc in comparatis dicemus vberius.

A repugnantibus.

Repugnantia dico quę differunt, sed
 non certa lege, vt superiora.

Vfus.

Vos² fuistis latrones, proditores, ho-
 stes, tyranni, ergo non consules.

3 Vim volumus extinguere? vis vale-
 necesse est, iudicia nulla sunt, ergo
 dominetur necesse est.

Qui publicanos vobiscum volunt

te, & dignitate coniunctos, omnes fortunis, multos fama, vitaq; priuauit, vrbes depopulatus est agros vastauit domos exhaustit: ergo non debuit à senatu supplicationem per literas petere.

Explicatio. Latrones & consules: depopulati vrbes, ciues vita priuare, & supplicationes petere, ius & vis pugnãtia sunt: creber est usus.

De comparatis.

Inter comparationem, & similitudinem, hoc cruditi putant interesse. Nam cõparatio est, cum duo, aut plura, in tertio aliquo conferuntur. Sic, Catoni licuit agere partes Pompei. Ergo Ciceroni licebit. Commune fuit vtriq; agere partes Pompei. Similitudo est cum suũ cuiq; tribuitur. Sic, vt quidam morbo, aut sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt: sic auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. agrotus morbum: auarus laudem respicit. Estq; inter illos proportio.

Ex comparatis tria genera fecit argumẽto Cicero, ex minori, ex pari, ex maiori: maiora dico, quæ plura sunt, aut maiora bona, in quibus maior vis est ad faciendã fidẽ. Nos vt contrarijs quartum addemus.

A minori.

4
Rodolphus.
Agric. lib.
c. 29.

5
Philip. 2.

6
Topico.

DE RHETORICA.

Hominis desperati, & proditoris
 Reip, casum lugebunt fortasse qui
 lent: cuius florentissimi benevolentia
 norū, & optime meriti de salute patrie
 periculum coniunctum cum periculo
 uitatis, lugere senatui non licebit?

Explicatio argumētationis. Qui volūt,
 casum hominis desperati. Ergo licebit
 tui lugere periculum hominis florentissimi.

¹ Grauioribus morbis corporis, vitae
 cunditas impeditur, ergo multo magis
 animi morbis impediri necesse est.

Hæc sunt cupiditates.

An in commentariolis chirographis
 lis, se vno autore prolatis, ac ne prolatis
 dem sed tantummodo dictis acta Cæsaris
 ma erunt: quæ ille in es incidit, in quo
 iussa perpetuasq; leges esse voluit, pro
 habebantur?

Argumentatio: in cōmentariolis erunt
 Cæsaris, ergo in legibus, à minori.

In primo exemplo lugere est commu
 secundo iucunditatem impediri.

A pari.

100.

I
 nib. r.

6
 ca
 3

20

⁵ Qu
 nie pr
 tius c
 sstis?
 quidn
 ges m
 ras tu
 Acta
 Acta Ca
⁴ Qu
 accusas
 ergo et
 accusas
⁵ Min
 Apollin
 terea a
 violat
 finere
 Argu
 non ab
 templis

³ Quere acta Gracchi, leges Sempro
 nię proferentur: quid Cnei Pompei ter
 tius consulatus, in quibus actis con-
 sistit? in legibus. à Casare ipso si queres
 quidnam egisset, in vrbe, & toga, le-
 ges multas responderet, se & præcla-
 ras tulisse.

Argumentatio.

Acta Gracchi, & Pompei sunt leges. Ergo
 acta Cæsaris sunt leges.

⁴ Quomodo igitur in hoc genere præsidij
 accusas Sextum, cum idem laudes Milonem
 ergo etiam Sextium. A pari. Argumentatio.
 accusas Sextiū, ergo accusare debes Milonē.

A maiori.

⁵ Miramur Athenis Mineruam, Deli
 Apollinem, Venerem Sami, multos præ-
 terea ab isto Deos, tota Asia, Græciaq;
 violatos, qui à Capitolio manus ab-
 stinere non potuerit.

Argumentatio. Hic manus à Capitolio
 non abstinuit, ergo non est mirum si ab alijs
 templis non abstinuerit.

DE RHETORICA.

De quarto genere argumentandi
comparatis.

Quartum genus dandi argumentum
comparatis est cum duobus contrariis, aut
similibus, pro antecedenti sumptis, efficiens
vnum altero esse superius. Sic,

Ex hac parte pudor pugnat, illinc
laxitas, hinc pudicitia: illinc stuprum:
fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc
scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc
nestas, illinc turpitudine: hinc continentia,
illinc libido: postremo copia cum aegritudo
mens sana cum amentia: bona ratio, cum
dita, bona denique spes cum rerum
nium desperatione confligit. Ergo illi
cent, nos sumus multo superiores.

Conclusionem posuit initio Cicero.

Aliud.

Conferte hac pacem cum illo
huius praetoris aduentum, cum illius
peratoris victoria: huius cohortem
puram, cum illius exercitu inuictum.

ius libidines, cum illius continentia: ab illo, qui cepit conditas: ab illo, qui constitutas accepit captas dicetis Syracusas. Ergo Marcellus optimus fuit Imperator: Verres vero pessimus praetor.

Aliud.

Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille ut, quo intendit, mature cum exercitu perueniat: te gallorum, illum buccinorum cantus excuscat: tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caues, ne tui consultores, ille ne vrbes, aut castra capiantur: & totus locus. Ergo Murena tibi debet anteponi.

Murena

Aliud.

Publio Valerio, pro maxims in rempub. beneficijs, data domus est, in villa publica, at mihi in palatio restituta: illi locus, at mihi patet, atq; tectum: illi, quam ipse privato iure haberetur, mihi quam publice magistratus defenderent. Ergo restitutio meae domus est meo conditione, quam domus Valerij.

3

Domo sua.

Vides mirum argumentandi genus, quod maxime vim & ornatur repetitione, & paucis: vsus eius frequens. Siue illud dicas ex eodem, siue ex contrarijs, siue ex dissimilibus nihil moror, dummodo concedas tertium ali-

DE RHETORICA.

quid ex his confici quod proprijs rerum natura
ostenditur.

Laus viri docti a minori.

Si homines mediocribus ingenijs
præditi, qui orbem suorum studiorum
confecerunt, & diebus præstitutis,
publice suam sententiam, & munus
explere diligenter visi sunt, effren-
tur magnis laudibus, in Academia
britate huic viro, qui ornamentis
ny maximis redundat, qui litteris,
tute, & honoribus longe suis equalibus
antecellunt, qui implevit Academiam
sui nominis gloria, quæ laus tribuitur
magistratus mandari: quæ præmia
bent deferri?

Laudatio viri docti a maiori

Si hic vir cinctus tanto virtutum
mitatu, septus magnarum artium
sua, lucubrationibus eius cognitum
laudatis in Academia, in petitione

theodre
ac nen
stant
quis e.
as con
Laud
re duob
Alj
landi
acerbu
mos ex
hic ner
contene
hic d pr
tus: ab
macula
um cor
alij ex
Dixi
ea qua
habet
theod

erum
 ori.
 ingenij
 udiorum
 utis, tur-
 unum
 effe-
 emia
 ntis
 teris,
 equali
 cadem
 ribus
 ramia
 aiore
 tutum
 tium
 gniti
 itione
 thes

thedreg repulsam tulit, moderateq; vixit
 ac neminem violauit: quis fortunam re-
 flantem expertus, effereat iracundia?
 quis excitet tragœdias? quis res aduer-
 sas constanter non ferat?

Laudatio viri docti sumptis pro anteceden-
 te duobus dissimilibus.

Alij iuuenes diuertunt aliquando ad
 blandimenta naturæ, hic voluptatibus
 acerbum bellum indixit: sui equales ani-
 mos ex vinculis studiorum relaxant,
 hic nervos ingenij, assidue in disciplinis
 contendit: alijs aditus collegij vix patet,
 hic à primarijs collegijs sepe fuit accer-
 titus: alijs in renuntiationibus aliquam
 maculam coguntur suscipere, hunc iudi-
 cium consensio primas concessit. Ergo hic
 alijs excellit.

A similibus.

Dixi similitudinem esse proportionem, &
 ea quatuor membra requiri. Sicut aspectus
 habet ad visionem, sic auditus ad auditio-
 nem

DE RHETORICA.

nem ad rem illustrandam valet plurimum, optimu
 probandam vero non item. xii, cor
 modo
 etiam

Vfus.

*Ut ex Apennino fluminum, Sic
 cōmuni sapientiam iugo sunt disciplina
 rum facta diuortia.*

I
 store.

² Quid enim est necesse, tanquam

2
 mbus. 2.

retricem in matronarum cætum, Sicut
 luptatem in concilium virtutum
 cere? Ut reliqui fures earum rerū,

3
 mbus. 5.

ceperunt, signa commutāt: sic Sto
 sententijs nostris prorsus vterentur
 mina tanquā rerum notas mutam

Explicatio: meretrix non venit in mat
 rum cætum, ergo nec voluptas in conc
 virtutum: & latrones vituperandi sunt
 gna mutant, ergo Stoici qui alijs vtuntur
 minibus.

Laus viri docti a simili.

Ut hi qui in stadio celerioribus vel
 iumētis alijs se æquare, alios solebāt re
 re, vt mature optatā palmam acciperent
 riose aducibus declararentur victores

Ha

um re

opt

optimus vir, in quo mira celeritas mentis elu-
xit, coniuncta cum incredibili diligentia, non
modo fuit par suis aequalibus, sed doctioribus
etiam ingenij & doctrinae laudem praecepit.

Adissimili, Sic.

Barbari in diem viuunt, nostra con-
silia in sempiternum tempus spectant, ¹ Oratore.
ergo nos prudentiores.

² Certus autem dies, non ut sacrificij,
sic consilij, expectari solet, ergo opportu- ² Philip. 3.
ne consilium capiendum est.

De his plura diximus cum de com-
paratis esset sermo. Hic³ praeteritis la- ³ Finibus.
boribus gaudet, tu iubes voluptatibus.

Nunc de argumentis nominis

A coniugatis.

Haecenus explicatum est argumen-
tum rei, nunc vero nominis argumētū

trademus. Coniugata sunt, quae ad
 dem orta varie commutantur. Sic, ⁴ *quod*
 est, in quo sit ⁴ cupiditas, quin recte
 dus dici possit? Cū enim esset omnium
 sa illa mea, consularis, & ⁵ senatoria
 xilio mihi opus fuit consulis & sena.

Ad hunc locum saepe pertinent exempla.

*Neq; posset aut Hala ille Seruius,
 aut Pub. Nafica, aut Lucius Opimius
 Caius Marius, aut me consule sena
 non nefarius haberi, si sceleratos
 interfici nefas esset.*

Argumentatio. Nefas est hominem in-
 ci. Ergo nefarius Seruilius. Nefas, & nefas
 Coniugata.

Obferuatio.

^I
 inatione

De exemplo dicam pauca. Exempla
 res singularis, si pluribus utimur ad pro-
 aliquid vniuersum ducitur abspecie. Sic
 mo non fuisset vtile scire futura, nec
 nec Pompeio, nec Casari. Ergo non est
 scire futura. Si concludas, ergo scientia
 rorum non est vtilis: erit argumentum
 iugatis talia enim sunt scire, & scientia

re vni
 à gen
 go D
 tur
 fuit,
 ergo
 iugat
 vero
 gular
 fustra
 go D
 rann
 E
 nes l
 forti
 scilio
 D
 ab sp
 cies.
 mo, e
 hom
 mo:
 min
 ergo

re vniuersa singularem confeceris, ducetur à genere, sic, ars omnis verbis nouis vtitur: Ergo Dialectica, Geometria nouis verbis se tuetur. Si vero antecedens ita sit, vt ² Cicero posuit, in omni arte nouitatem esse verborum, ergo Geometria nouis verbis vtitur, erit à coniugatis, eiusmodi sunt nouitas, & nouum. Si vero ex vno singulari, vel pluribus, aliud singulare collegeris, ducitur ab exëplo, Sic. ⁵ Pisistratus, postulata custodia fuit tyrannus, ergo Dyonisius qui custodiam petiuit, erit tyrannus & ducitur à comparatis.

Finib.

Arist.
tho. ad
c. I.

Exempla quæ conieciuntur in communes locos, huc spectant, vt cum in laudatione fortitudinis, profertur Cæsar, aut Alexander. scilicet à coniugatis.

Dixi argumentum à re singulari ductum, ab specie duci, non quod res singularis sit species. Sed quia vt hæc cōsequentia sunt, est homo, ergo animal: & non est animal, ergo nō est homo: ita sequitur est Socrates, ergo est homo: & non est homo, ergo non est Socrates.

Denotatione.

Notatio ἐτυμολόγια Græce vis nominis est. Sic, senatus ex senibus constat ergo prudenter decernet. Verres fuit

3. *euerriculum Siciliae: & nosler Astrol
 4. gus non tam celi, quam celati argens
 5. rationem duxit, ergo auarus, iniquus.
 6. Pithagoras fuit philosophus, ergo stultus
 7. sus sapientiae.*

De testimonio.

*Quae extrinsecus assumuntur, sunt
 testimonia: diuinis non potest obsequi
 possunt tamen explicari: humanis non
 semper credimus. Sic:*

7. *Architas Tarentinus dicere solebat
 nullam capitaliorem pestem quam
 8. poris voluptatem hominibus à natura
 9. datam. Ergo fugienda est voluptas.
 10. testimonio ducitur.*

11. *Plato dixit à magnis ingenijs male instituta
 12. calamitates proficisci, ergo danda opera est
 13. institutioni. Aristoteles scripsit, à teneris aetate
 14. bene assuescere magnum est, ergo id curandum
 15. maxime. Virumque à testimonio ducitur.*

16. *Aristoteles scripsit, ubi multum mens & ratio
 17. valuerit ibi minimū, locū relinqui fortissimum
 18. max, ergo exacuenda industria est, à testimonio*

In
 ex o
 H
 eni
 belli
 ne re
 acce
 vult
 duce
 cula
 se, fo
 stissi
 gnita
 ric fl
 pace
 mon
 sa re
 nij v
 iunc
 fuge
 mom
 port
 temp
 alijs
 expu
 store
 duxi
 copie
 & pa

In laudationem cuiusdam ducis argumenta ex omnibus locis ducta, breui coniecimus.

Huic viro maxima laus est tribuenda, fuit enim¹ decus suæ familie, splendor nobilitatis, bellicæ disciplinæ magister, præsidium Christianæ reipub. terror & interitus hostiū, erat enim accerrimis sensibus, animo in victo, seверо vultu, neruosis, & teretibus membris, vt² ad ducendum exercitum, ad propulsanda pericula, ad capiendas vrbes, eum natura peperisset, fortuna seruasse videretur. Is⁴ natus honestissimis parentibus, qui florebant omni dignitate, exemplis maiorum, & sponte sua, gloriæ stimulis concitatus, sui parentis bello, & pace clarissimi facta, & mores⁵ expressit, & monimēta sui, in hominum mentibus impressa reliquit. Extulit se in eo, admirabilis⁶ ingenij vis, animi constantia, laboris patientia, coniuncta eū liberalitate, & iustitia: vt nihil eum fugeret, quod ad suos tuendos, esset alicuius momenti: vix vllum periculum¹ metueret, oportune temporis cederet, se, atq; suos in aliud tempus reseruaret, nulli faceret iniuriā, neq; alijs fieri pateretur. Sæpe hostes vicit, vrbes expugnauit, audaciam potentium fregit, victorem exercitum, & triumphantem reduxit. Iis bonis animi fuit instructus, vt copiosi,² & inopes, clari, & ignoti, opifices, & patricij, literati, & indocti, cum maximo

com-

Acou

2
Apai

3
Afin

3
Aeff

5
Ab e

6
Ab ad

que in

1
Ab eff

2
Ab ad

que in

tibus or

tur.

completerentur studio: & disciplinam mili-
 rem omnes extollerent, quæ tam perfectæ
 inesse videretur. Orus, in ea vici, quæ su-
 mos duces, & literatissimos viros tulit, & h-
 vno alumno maxime illustraretur: Adole-
 cens res maximas, periculosas, ex animi fer-
 tia, celerius opinione, confecit. qui statu-
 nem deserit, hastã abiecit, exercitum pro-
 inuitur gnominia, exilio & morte multatus
 qui affixit hostes, ciues seruauit, non debet
 alijs præponi: non præ exteris honorari: si-
 minem suo stipendio fraudauit, ex spolijs
 nihil domum suam auertit, damnabitur au-
 tia? Si initio adolescentiæ fuit miles, in eu-
 te iuuentute imperator, nõ erit præmio, quod
 postulat, dignissimus: in re vero bellica in-
 gessit, vt dum alij somnum caperent, is vi-
 laret: dum alij quiescerent in hybernis, ille
 suos milites exerceret: dum eum putarent
 fies abesse longe, eos imparatos opprimeret
 dum alios duces libido, ad voluptatem: ac-
 ritia, ad prædam, Amœnitas urbium ad de-
 stationem reuocat: hunc victoriæ studium
 triz defensio, imperij amplificatio, ad labor-
 ad decus incitat, & inflamat. Nam quem
 modum leonis fremitu, solent ceteræ ani-
 tes terreri, & in latibula loca; abditã se in-
 dere: sic audito huius ducis aduentu, Christi-

nus p-
 gicur
 gabit
 cem
 sui m-
 etiam
 audet
 cum o-
 bellic-
 rat: di-
 neq; C-
 magn-
 Ho-

pauca
 taru
 tione
 plo, C-
 tiocin-
 sunt i-
 xio. S-

nus populus exultat lætitiâ, impius vero frangitur, & acerbissimo dolore cõficitur. Ne gabit aliquis, hunc summum virum fuisse felicem, qui, ea fuerit felicitate, vt ei, non solum sui milites paruerint, hostes obedièrunt: sed etiam venti, & tempestates obsecundarint: audebit aliquis ei veram laudem detrahere, cum quidam exercitus magister, disciplinæ bellicæ peritissimus, qui sæpe ab illo discederat: dixerit in concione, nullum imperatorem neq; Græcum, neq; Romanum, prudentiâ, & magnitudine animi ei anteponi oportere?

Hoc exemplo exercebis ingenium.

De dispositione.

Tradita inuentione, de dispositione pauca dicamus. Est enim rerum inuentarũ collocatio, quæ cernitur ratiocinatione, inductione, Enthimemate, exẽplo, & ratio iudicandi appellatur, ⁴ⁱ Ratiocinationis, siue syllogismi, partes sunt tres: propositio, assumpti, completio. Sic, omne bellum, in quo agitur populi

A con-
tis.

A testi-
nio.

⁴ⁱ
Cicero. x
inuentio

DE RHETORICA.

populi Romani gloria, est suscipiendum bellum Mithridaticum est eiusmodi. Etiam ergo hoc bellum est suscipiendum. Inductio, est quando ex singularibus, vniuersale assumitur, sic, mense sale conficimus, sic, si gubernator, qui in bello, est optimus: & auriga: ergo omnino gubernator, qui cuiuslibet rei est peritus, est optimus, & hæc sunt formę argumentationis dialecticę. Enthymema est, cuius rationi detrahitur propositio, sic, si sapiens in bello Mithridatico agitur populi Romani gloria, ergo hoc bellum est suscipiendum. Exemplum est, vt dixi, cuius con- cluditur singulare, quibus argumentationibus utitur frequentius. Rhetor. rator.

Ex quo intelliges illud 3. Aspasio modo exemplum potius quam inductionem esse. Rati

Ratiocinatio, quæ habet adiun-
 Etiam approbationem propositionis, &
 assumptionis, quinque partita est,
 sic, melius illa reguntur, quæ con-
 silio, quam quæ sine consilio admi-
 nistrantur: ⁴ nam domus illa quæ ra-
 tione regitur, instructior, & appa-
 ratior est, quam, quæ temere admi-
 nistratur: exercitus etiam, cui præest
 sapiens, & callidus Imperator com-
 modius ducitur quam qui stultitia gu-
 bernatur: navis etiam, optime cur-
 sum conficit, quæ scientissimo guber-
 natore regitur: mundo autem melius
 nihil administratur. Nam signorum
 ortus & obitus definitum quandã ordi-
 nẽ servant, & annuæ cõmutationes, nõ
 modo quadã ex necessitate, semper eodẽ
 modo fiunt, verũ ad utilitates rerũ sunt
 accommodatæ, & diurnæ, nocturnæq; vi-
 cissitu

⁴
 Approbat
 propositio
 triplex.

⁵
 Approbat
 assumptionis

ciffitudines, nulla in re vnquam multa
ta, quidquam nocuerunt: igitur ¹ mul-
lexi^o dus consilio administratur.

Modos & figuras syllogismi accuratius
sequi, vt Ramus & alij fecerunt, non potest
esse huius instituti, cui satis est, de his rudis
crassa Minerua egisse.

De elocutione, libe- tertius.

ELOCVTIO, que propria
Rhetorica pars, res in
tas: à dialectica, & eme-
to sermone expositas, Tropis, figuris,
numerus magnificentius exornat.

De amplificatione.

Amplificatio, est vehemens que
affirmatio, que directo spectat ad
tum. Fit in singulis, sic, vt cum quis
sus est, occisum, cum quis pulsauit,

uisse dicimus, occisus, plusquam cæsus,
attingere, minus quam pulsare, nam
vis dicendi, in augendo minuendoue
consistit.

In coniunctis, fit quatuor modis,
incremento, comparatione, ratiocinatio
ne, congerie: incremento, cum quasi gra
dibus crescit oratio, sic, facinus est vin- ³ *Verrin. 7*
cire ciuem Romanum, scelus verbera
re, prope parricidium necare, quid di
cam in crucem tollere?

Facinus, scelus, parricidium, sunt gradus
quos vincit, quid dicam in crucem tollere?

Huius simile est, in cætu vero populi ³ *Philip. 2.*
Romani, negotium publicum gerens,
magister equitum, ubi ruelare turpissi
mum est.

Illa circumstantia, in cætu, negotium publi
cum gerens, magister equitum, sunt gradus
quibus augetur oratio.

Comparatione fit sic.

An vero ⁴ *Caecil. 39*
Publius Scipio Pontifex

G maximus

DE RHETORICA.

maximus, Tiberium Gracchum, mediocriter labefactantem statum Reip. interfecit: Catilinam orbem terrarum cedere atque incendio vastare cupientem, nos Consules perferemus?

Hic Catilina Graccho, status reipublice terarum, mediocriter labefactatio cedi, incendijs, privatus Consulibus comparatur.

Ratiocinatione fit, cum ex vno aliquid sequitur. Sic, extollitur laudibus Scipio, quia magnus Imperator: ergo Scipio, qui illum vicit.

Tu istis faucibus, istis lateribus, ista diatoria totius corporis firmitate, ista vini in Hippig nuptiis exhauseras, necesse esset vomere postridie.

Elicimus certe ratiocinatione, magnam vini copiam haustam esse ab Antonio, tantis lateribus non potuerit coquere.

Congerie fit amplificatio cum plurima significancia congeruntur in vnum. Sic, Catilina, quod ad finem ornatum interrogacione, nonne casuum, & est amplificatio per congerie.

Quid tuus ille Tubero districte

b
ca
3

cie P
atus n
ermor
i: ma
quid o
Argu
is muc
uisti, à
e casu
Ampli
cipuon
In illo
ducent
t dixit
ergo no
erum a
us, me
miles, i
mplific
um con
Catilinā
quod ad
Cum T
teirat: v

eie Pharsalica gladius agebat? Cuius
 atus mucro ille petebat: quis sensus erat
 armorum tuorum? quæ tua mens? ocu-
 si manus? ardor animi? quid cupiebas?
 quid optabas?

Argumentum ducitur à fine. Sic, Cæsaris la-
 as mucro ille petebat: ergo tu hostis Cæsaris
 uisti, à fine: ornatur in interrogatione, mutatio-
 e casum, & est amplificatio per congeriem.
 Amplificatio etiã per cõgeriẽ, cernitur in des-
 criptione, dissolutione, repetitione, & parib⁹.

Observatio.

In illo exemplo (An vero Publius Scipio)
 ducent tria, est enim argumentatio à minori,
 ut diximus, sic, Scipio interfecit Gracchum,
 ergo nos interficere debemus Catilinam. Al-
 terum amplificatio per in crem etum, nã priua-
 us, mediocris labe factatio, sunt gradus illis-
 imiles, in eatu populi Romani &c. Tertium est
 amplificatio per comparisonem: quia non so-
 lum concluditur à Consulibus occidi debere
 Catilinã, Sed multo magis oportuisse occidi,
 quod ad amplificationis secundũ gen⁹ spectat.

Observatio.

Cum Tropus duplicem significationem re-
 ceirat: una à qua, altera ad quam nomen, aut

DE RHETORICA.

sermo mutetur: onomatopeia, ut murmur, non est tropus: cum à significatione in significationem non sit mutatio: neque Hyperbaton, ut septem subiecta trioni: neque Anastrophe, ut nobiscum, quia in utroque, loci est, non significationis mutatio: neque Metalepsis, à Metonymia distinguitur. Sic, post aliquot mea regna videns mirabor Aristas, ubi adiunctum id est, arista ponitur pro anno, media estate, quod est subiectum: additum ad nomen, ut vir sapientissimus, auget eandem, non mutat significationem. Quo circa tropus non est, ornat tantum orationem: hæc Quintiliani pace dicta sint.

Murmur aquæ, aut mugire, in sua nativa significatione, ubi Onomatopeia est, in tropi rationem non cadit, si mutetur inde ad significandum aliud, ex similitudine, erit Metaphora, non Onomatopeia.

Abdomarus Talrus, vir acris ingenii, in cuius verba alij homines docti videntur irrisisse, quatuor fecit tropos, Metonymiam, Ironiam, Metaphorâ, Synedochê: reliquos autem qui traderentur à rethoribus, aut tropos non esse, aut in hos putavit recidere: nam Hyperbolem & alios nisi habeant adiunctam metaphoram, dicit tropos non esse. Ego convenio. Nam si mutatio hyperbolica reperitur, ubi metaphora non est, erit necesse, hyperbolem tropum esse. Id sic doceo. In cætu vero popu-

mur, nō
 nificatio
 on, vt se-
 e, vt no-
 significa
 tonymia
 egnam
 m idest,
 ate, quod
 vir sapiē
 significa-
 nat ratiō
 et a sint.
 a natua
 i, in tropi
 ad signifi
 Metapho
 Romani negotium publicum gerens. magi
 er equitum, vbi ructare turpissimum esset
 nullis esculentis vinum redolentibus, gre-
 nium suum, & totum tribunal impleuit. Pla-
 um est hoc dictum esse hyperbolicos, non
 nim Antonius potuit se ita ebriare epu-
 s & vino, vt impleret frustis totū tribunal.
 mplere ergo totum tribunal, pro coinquina
 aliquod spatium ni fallor positum est: muta
 us ergo est sermo: & cū virtute, vt cum quis,
 ium vulnerauit, exaggerantes dicimus, inter
 ceit: non esse ibi metaphoram sic doceo: nul
 um ibi verbum translātū est: nulla enim exi-
 lit similitudo, quæ Metaphoram à relieuis
 tropis distinguat, nam neq; implere inquina
 iōni, neq; totum tribunal alicuius spatij si-
 militudinem gerit. Ergo ibi est mutatio hy-
 perbolica vbi metaphoram non est.

Idem doceo, exemplo ab illo citato: ge-
 ninig; minatur in celum scopuli minatur ver-
 bum translātum est. Sed illus loco, vt ere ver-
 o, contingunt, aut alio proprio manebit hy-
 perbole, tollitur metaphoram, ergo hyperbole
 tropus, à metaphoram distinguitur.

Præterea nihil priuati, neq; publici, neq;
 trophani, nec sacri, Verrem, tota in Sicilia, re
 quisse: hic mutatus est sermo, nihil enim po-
 titur, pro paucis, & est hyperbole, & nullum
 erbum ibi translātum est, quia non similitu-

Philip. 2

I
Ver. 6.

do. Ergo hyperbole à tropi ratione excludenda non est.

Periphrasis etiam, de qua idem fortassis dici potest, est sermonis mutatio: nam in helle² grauem duro terram, qui versit aratro. Poeta mutauit sermonem, & id pro agla posuit: & hac mutatio, vsitata est: & res pes eleganter occultat. Antonomastia sphaeres forma est: tamen cum excellen-²ius, sit eius priuata ratio, parum confusa cum alijs formis confunditur.

Catachresim etiam non nego translatione esse: spectatur enim ibi similitudo. Sed est propria licentia & audacia, quæ eam recunda translatione distinguit. Quomodo prætermissa hac Abdomari partitione breuis potius, & rotunda, quàm uera & est, de his aliter dicemus.

De definitione Tropi & numero.

Tropus est, uerbi, uel sermonis propria significatione, in aliam conuer-²tute, mutatio, uerbi: uel sermonis quia in simplicibus & coniuñcti-

2
a. ferm. I
yra. i.

3
um. il. 9.

vir ure, id est, cum ornatu. Tropi sunt
 Sto, Metaphora, Catachresis, Metony-
 mia, Ironia, Synecdoche, Antonomasia,
 Hyperbole, Periphrasis.

De Metaphora, Allegoria, Catachresi.

Metaphora, id est, translatio simile
 re simili significat: est duplex: vna ve-
 recunda, altera licentior: verecunda du-
 plex, in singulis, vt letas segetes, lima-
 ta oratio: & communi nomine Metapho-
 ra appellatur.

In cõiunctis dicitur Allegoria: sic, neq;
 a fui timidus, vt qui in maximis tur-
 binibus, nauē reipublicę gubernassem:
 frontis tuę nubeculam, aut collegę tui
 contaminatū spiritū pertimescerē: alios
 ego vidi ventos, alias prospexi animo
 procellas.

¹ Cic. Orat.

² Pison.



Si³ meus stylus esset, (vt dicitur) *Inflam*
 totam fabulam confecissem: de necessitate *Virtut*
 saris loquebatur. *Flum*

3 *p. 2.* *4* *atius. T.* *minim.* *4* *O* nauis referent in mare te noui. *Hic 8h*
Fluctus ? ò quid agis, tu fortiter occu- *Numu*
 portum. *Latras*

Vbi nauim pro repub. fluctus pro
 lis civilibus, portum, pro pace posu- *Aculeo*
R

Catachresis, id est, abusus, est Me- *Pariet*
 phora licentior, & audacior, vt *Templ*
 grandem orationem pro magna, ma-
 tum pro paruo dicimus.

6 *2. Ene. 2.* *6* *Instar montis equum diuina*
 dis arte edificat. *lis, vt*

simil. 2. l. *7* *Aur* cum *7* virtus, pro temere
 liberalitas, pro effusione dicitur. *ductu*
scopul

1 *scul. 3.* *2* *Similitudo duci potest ex omnibus*
 Ab arte nauigandi, pingendi, ten- *tam m*
quam

3 *1* *Pando* *2* *contraho*, vela orationis. *satione*
Rem suis coloribus *3* *pingo*. *ne ang*

4 *1* *Pertexo*, quod *4* *sum* exorsus. *primu*
 A bigni & aqua.

Inflammas mentes dicendo.

Virtutis lumen ⁶extinguis.

⁷Flumen ingenij, claritas generis.

A sensibus.

Hic ⁸helluo librorum, ⁹gustavit causas.

Numun abstrusum ¹olfecit.

Ab animalibus.

²Latrant oratores, ³euolo ex vrbe.

Aculeos in animis Relinquo.

Rebus inanimis sensus tibiuitur.

⁴Parietes tibi gratias agere gestiunt.

Templa ⁵gemunt.

Vitia Metaphoræ.

Cauendum ne translatio sit ⁶dissimilis, vt celi fornices: ne simile sit longe ductum, vt Syrtim patrimonij: aptius scopulum dices: ne deformis, vt castra tam morte Africani Remp. ne maior sit, quam res postulat, vt tempestas comestationum, ne minor, vt verruca monis: ne angustius sit translatum, quam proprium, vt quid te adiri abnutas, melius

5

Orat. 1

6

Finibus.

7

Marcel.

8

Finibus.

9

Orat. 2.

Inl. 2.

2

Cla. or.

3

Orat. 2.

4

Marcel.

5

Pison.

6

Orat. 3.

vetas, duriuscula translatio mollis
da est. Sic, ut ita dicam.

De metonymia.

Metonymia, id est, translatio, est
tatio, qua intelligimus ex causis effe
ex subiectis adiuncta, aut cōtra. Qu
sunt modi: vnus cum inuentorem,
autorem, pro rebus inuentis ponim
Sic, quos amisimus ciues, vis^{us} Ma
perculit: id est belli.

Agamus hęc^{us} pingui Minerva, sic
ingenio.

Sine^{us} Cerere, & Baccho friget
id est, sine pane, & vino friget libe

Siue^{us} recept^{us} terra Neptunus id est

Duobus primis vtuntur oratores, et
tantum poeta.

Alter modus Metonymia, cum
ēta ponuntur pro causis. Sic, o libe
effrenatam, & in domitam, id est,

efficit
efficit

Te

tur p

pro re

rem e

Hispa

prosta

Hispa

quād

quib

impre

bitas

puāc

illinc

lantit

Qu

signif

lum,

cell.

icini.

nt. i. n. eū

4
a. ant.

6.

efficit homines effrenatos. Pallida mors:
efficit pallidos.

Tertius modus, cum subiectum poni-
tur pro adiuncto, id est, quod continet,
pro re qua continetur. Sic, in⁵ me carce-
rem effudistis, id est vinctos. Testis est
⁶ Hispania, qua plurimos hostes ab hoc
prostratos superatosq; conspexit id est
Hispani, Annibal vicit, id est exercitus.

Quartus modus Metonymia est,
quādo adiuncta ponuntur pro subiectis
quibus insunt. sic, ⁷ nō mihi vnus homo
improbus opprimendus, sed ipsa impro-
bitas extinguēda. Ex hac parte pugnat
pudor, illinc petulātia hinc pudicitia:
illinc stuprum. id est pudici cum petu-
lantibus.

Quintus cum signum ponitur, pro re
significata. Sic, ad saga ire, id est, ad bel-
lum, & ad togas redire, id est ad pacem.

Sagum

DE RHETORICA.

Sagumbelli, togapacis erat iudicium

c. c. x

Hic fasces dabit: eripietq; curule
Importunus ebur, id est dabit
feret magistratum.

De Ironia.

Ironia id est mutatio, qua vnum
sentaneum ex altero intelligimus,
adiungi solent, hæ particule: scilicet
do, vero, sic.

Tu scilicet homo religiosus,
Etus, Cum esses interrogatus, quid
res de meo consulatu, grauis autor
tinus credo aliquis.

4

Egregiam vero laudem,
ampla refertis.

Enci. 4

Id est homo impius, leuis, & nullam laudem
adepti.

De synedochæ, & Antonomasia.

Synedochæ, id est, intellectio, sine

ceptio, est mutatio, cum singularis numerus pro plurali, pars, pro toto, species pro genere, aut contra ponitur. Sic.

Vterumq; armato milite complent: id est, militibus: oratores visi sumus, id est orator visus sum.

5
Virg. E
6
claris.

Vos in vestra⁷ teſta diſcedite, id est, in domos veſtras. Hos ferro trucidari oportebat, id est enſe, quod eſt totum.

7
Catil.

Aut⁸ Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim.

8
Virg. E

Totum pro parte.

Verendum mihi non erat, ne illo⁹ par-ricida interfecto, quid inuidia mihi in poſteritatem redundaret.

9
Catil. i.

Particida pro interfectore. species pro genere.

Genus ponitur pro specie, vt bonus pro iuſto, iniuſtus, pro perdito.

Sed in Antonomasia, poëta pro Home-
ro: philoſophus pro Ariſtot. orator, po-
nitur pro Cicerone, ob ſingularem co-

DE RHETORICA.

rum excellentiam, quæ ipsam, à ceteris
Syndoches formis distinguit.

De hyperbole.

*Hyperbole est superlatio veritatis,
augendi minuendi ve causa. Sic, ab hinc
annos quatuordecim hora nulla vacua
à furto, scelere, crudelitate, flagitio rep
rietur.*

Nulla hora pro paucis ponitur. Crescit Hy
perbole comparatione. Sic:

*Quæ Charybdis tã vorax? Charybdis
dico? quæ si fuit, fuit animal vnũ: Oce
nus medius fidius, vix videtur, tot
tã dissipatas, tã in distantibus locis
tas, tam cito absorbere putuisse,*

Hic vorax, & absorbere, sunt verba transla
ta, sed si illorũ loco vsurpes, quæ propria sũt
hyperbole manebit, non tam ornata: vt miris
viros doctos id fugisse.

De periphrafi.

Periphrasis id est circuitio verborum,
 & res turpes tegit *Vonuste*, Sic, ³ abyt *salust.*
 ad requisita nature, ad depellendas re-
 liquias ciborum. ⁴ *Vestigia viri alieni.* *Libius l.*

Collatine sunt in lecto tuo.

Id est, alienus vir mecum concubavit. ¹ fecerunt id serui Milonis, quod fues quisq; seruos in rerum facere voluisset.

Id est, occiderunt Clodium.

Milone.

De figuris Verborum.

Figura est orationis conformatio,
 qua à re, & simplici consuetudine
 disceditur: interest inter Tropum, & fi-
 guram: non ut aliqui putant aientes Tro-
 pum dictioni, figuram orationi conueni-
 re: nam Allegoria tropus est, & in ora-
 tione reperitur, est ergo propria distin-
 ctio: in Tropo, significatione à qua & in-
 quam, fit mutatio, considerari: in figura

novam.

DE RHETORICA.

nouam quasi faciem orationis, proprijs
 verbis, vel mutatis. In proprijs: sic per
 rempub. administras provinciam, quibus
 lis civium utilitati. In mutatis, sic per
 ges euertis, lumina ciuitatis extinguis,
 rempub. labefactas. Vtraque est oratio
 rata, nam est dissolutio in coniunctio
 priori omnia verba sunt propria, in
 steriori translata.

Figura duplex Verborum, qua
 tur, si verba mutaueris. Occidit, son
 geminatio est, qua tollitur si alteru
 cidi detraxeris. Sententiarum
 verbis etiam mutatis, permanet:
 vos hic essetis, quid aliud facissetis.
 municatio est qua, alijs etiam
 permanet. Si vobis hac esset dubitatio
 non idem esset consilium?

Figura verborum, & notior est
 & figuram sententiae, sepe conuersa

is, prope
ijs: sic
ciam, qu
tis, sic
extingu
oratio
niun
ria, il
n, qu
cidi, or
i alter
rum fig
anet:
ciffet
iam re
i dubi

vero, quæ ad amplificandam orationē plurimum valent, & pauca sunt, accuratius persequar: minutas vero, quæ infinite & moleste sunt, vel relinquam, vel obiter ad extremum decurram.

Illustres figuræ verborum: geminatio, repetitio, dissolutio, casuum mutatio, similiter cadens, & desinens, paria paribus, de idem significantibus, quæ figura frequens est, dicam in commoratione, quæ est in sententia.

Geminatio est, cum idem bis dicitur continēter. Sic ¹ occidi, occidi nō Spuriū Meliurū: vel sic, ² viuis, & viuis.

Vel parenthesi inter posita, sic, ³ bona (miserum me, consumtis enim lacrymis, hæret doctor) bona inquam Cnzi Pompei, acerbissimi nequei subiecta præconis: vel sic, multi, & graves dolores inuenti parentibus, & propinquis multi, ex Fabio.

Repetitio est, cum in pluribus, ordinemur ab eodem verbo: id cernitur in singulis, & coniunctis: in singulis, Sic,

H hunc

¹ Milon.

²

Caril.

³

Philip. 2.

DE RHETORICA.

⁴hunc hominem tam audacem, tam n-
farium, tam nocentem nunquam accu-
sasset *Habitus.*

⁵Quem nemo congressu, nemo ali-
tu, nemo suffragio, nemo ciuitate, ni-
mo luce dignum putat

*In cōiunctis, Sic, qui de matre sua
da, tam acute, arguteq; conieceroit, qui
summam prudentiam, simulatione
titie texerit, qui potentissimum clari-
sini Regis filium expulerit, ciuitatis
perpetuo dominatu liberatam, mag-
stratibus annuis, legibus iudicijsq;
vixerit: qui collega suo imperium
rogauerit, ut è ciuitate regalis nomi-
memoriam tolleret.*

Repetitur tam, quem, qui.

Coniuncta appello, cum singula membra
suis sunt verbis conclusa, est etiam repetitio
in periodis, quæ elucet in paribus.

Dissolutio est cum plura sine conio-

Est

Et hunc d
in singu
lic, si u
ij trib
meo,
edes si
tas, f
redi
um in
um, iu
atus
leantu
Quod
otum p
ersata e
leip.² di
ertas, au
nicilia, v
illa, cre
Hac m

Etone dicuntur: cernitur, vt repetitio
 in singulis, & coniunctis. In singulis,
 sic, siue hunc fructum populo Rom.
 Dijs tribuunt, vt quem admodum disce-
 meo, frugum inopia, fames, vastitas
 ides, incendia, rapinae, scelerum impu-
 ritas, fuga, formido, discordia fuisset:
 reditu meo libertas agrorum, fru-
 um inopia, spes otij, tranquillitas animo-
 rum, iudicia, leges, concordia populi, se-
 natus mecum simul reducta esse vi-
 deantur,

¹
Dome.

Aliud.

Quod si vlllo tempore magna causa in sacer-
 otum populi Romani iudicio, ac potestate
 confata est, hac profecto tanta est, vt omnis
 reip.² dignitas, omnium ciuium salus, vita, li-
 bertas, arx, foci, Dijs penates, bona, fortunę, do-
 micilia, vestra sapientia, fidei, potestatiq; com-
 missa, creditaq; esse videantur.

²
Dome.

In coniunctis, Sic,

Hac maiores vestri primū vniuersam

H 2

Italiam

DE RHETORICA.

3
lipp. 4.

Italiam³ deuicerunt, deinde Carthagi-
nem euerterunt, Numantiam exci-
runt, Reges potētissimos, bellicosissimas
gentes in deditiōem huius imperij
degerunt.

Ducis. Aliud.

Hic vir saepe exercitum in acie
xit, signa cōtulit, hostes fudit, maxima
copias dissipauit, vrbes cepit, te-
puit, Castella expugnauit, gentes
nitate barbaras domuit, clarissimos
principes imperio parere a sūefecit.

Coniunctio, idest quæ coniunctionis
abundat rara est, & in repetitionem in-
ditur.

Repetio, & dissolutio crebra sum-
plificant, & alias figuras multas composi-

Mutatio casuum, est cum di-
uimur diuersum exitum habentibus
quo, quam.

Tu es ille, inquit, quo Senatus

1
omo. 5.

Carthagi- non potuit? quem boni luxerunt? quē
 m excita- sp. desiderauit? quo restituto, Senatus
 cofissimae- auctoritatem restitutam putabamus,
 m perire- uam primum adueniens prodidisti?

Docti. Aliud.

Hic, hunc, huic.

Hic acriter animum ad studium ap-
 plicauit, in difficillima quaeq; se immerfit,
 falsa reiecit, vera probauit: hunc dispu-
 tantem audiebant omnes attēte, aduer-
 sarij metuebant, eruditi laudabant, do-
 ctorum ordo alijs anteponendum cense-
 bat: huic schola personam grauem impo-
 suit, magna praemia dedit, quos potuit
 honores, liberaliter mandauit

Hec constat ex tribus dissolutionibus.

Similiter cadens, in geminatione, repetitio-
 ne, dissolutione, mutatione & paribus reperi-
 tur, addiq; potuit figurarum initio, sed tenea-
 mus hoc institutum.

Similiter cadens, est exitus similis

DE RHETORICA.

*In partibus declinatis, quale est nomen
& verbum: desinens in partibus non de
clinatis, quale est, aduerbium, & alij.*

*In nomine, sic, quæro enim ab inu
cis, sint ne hæc inuestigata, cõperta, pte
facta, sublata, deleta, extincta per m.
Tria priora idē significãtia, itē tria polleant*

In Verbis, Sic.

*Eos autem, qui omnia diuina, Ma
mana violarint, vexarint, pertur
rint, euerterint, non solum alacris
litare in foro.*

*Similiter desinens, Sic: multa co
ferebantur dicta prudenter, & sa
constanter.*

Obseruatio

*In argumento à comparatis diximus, ca
ribus, contrarijs, aut dissimilibus, terminet
fici: nunc huius figuræ ornatum exponit
facit enim vtrunq; fidem, & ornatum & no*

do vnum vni respōdet. Sic, Neq; ² enim temeritas cum sapientia commiscetur, neq; ad consilium casus admittitur: De quo modo non est sermo, sed cum plura pluribus respondent, & concentum orationis efficiunt.

Paria cernuntur bipartitō. Nam aut singula singulis, aut coniuncta coniunctis respondent: quæ sunt contraria aut dissimilia. Singula Sic.

Est enim iudices³ non scripta, sed nata lex: quam nō didicimus, accepimus, legimus, sed ex natura ipsa arripimus hausimus, expressimus: ad quam non docti sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.

Aliud in singulis.

⁴ Non furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitie: nō sacrilegum, sed hostem religionum, & sacrorū omniū: nō siccarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumq; in vestrum iudicium adduximus.

DE RHETORICA.

Aliud in singulis ad laudem.

Non mediocre ingenium, sed
 mortalitate dignissimum: non tenuem
 operam, sed flagrantissimum studium,
 non disputatorem loquacem, sed acerrimum
 veritatis vindicem: non eruditam
 tritam, sed perfectam & inanimatam:
 non doctum aliquem hominem
 disciplinarum Antistitem maximis
 verbis efferre, & exornare conamus.

Coniuncta.

Paria, Contraria.

Paria coniuncta partim uno
 contenta sunt, Sic, vicit pudorem
 do, timorem audacia: rationem, au-
 tia, vel in fine. Sic.

Neq; Catilina is es, ut, te² au-
 dor, à turpitudine, aut metus a per-
 lo, aut ratio à furore reuocaret.

ent.

2
 sil. 1.

Mo
 runt: S
 Qu
 nes, con
 fidium
 to, sea
 tantur
 mea, s
 Con
 bum co
 tu tuler
 vi tuler
 Con
 ducitur
 tulit? I
 priuau
 Rullus.
 Gra
 tis mēb
 6 vero s
 tradidi

Ma

Modo singula membra verbum requirunt: S c.

Quam obrem illa arma, centuriones, cohortes, nō periculū nobis, sed praesidium denuntiant: neq; solum ut quieto, sed etiā ut magno animo simus hortantur: neq; auxilium modo defensionis meae, sed silentium pollicentur.

Figure minutę.

Conuersio cum sepius oratio in idem verbum coniicitur. Sic, cum ego legem de ambitu tulerim, ex senatusconsulto tulerim, sine vi tulerim.

Complexio, cum oratio ab eodem verbo ducitur, & in idem desinit: Sic, quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem priuauit? Rullus. Quis comitiis praesuit? idem Rullus.

Gradatio, cū verbum aliquod antecedentis membri initio sequentis repetitur: Sic, neq; vero se populo Romano, sed etiam Senatui tradidit: neq; Senatui modo, sed etiam publi

Et s cis

eis praesidijs neq; ijs tantum, verum etiam eius potestati, cui senatus totam Rempub. commisserat.

p. 3.

Agnominatio, cum verbo ludimus, sic, ut magister ex aratore orator factus, non missus, sed immissus, non vincere, sed vincere oportere.

1.

ON. AT.

Correctio, sic, cessit auctoritati senatus, potius paruit.

r.

. 2.

Vel cum verbū notum, de est, sic, quod Antonius Cæsari, de est, diadema impedit.

Orat.

Traiectio, sic, Sulpitius eloquentiū iurissimus, iuris peritorum eloquentissimus. Parenthesis nota est.

De figuris sententiarum.

Figura sententia, verbis mutatis perinet, ut diximus: haec sunt, Interrogatio, Addubitatio, Exclamatio, Subiectio, scriptio, distributio, Cōmoratio, Praeceptio, Preteritio, Sustentatio, Fictio personarum.

Interrogatio, qua urgendi gratia aliquem rogamus: Sic, quid haec aeternitas? quid haec festinatio? quid haec immutabilitas tanta significat? non vim?

missio.

scel

scelus non latrocinium.

Etiā repetitio.

Ad dubitatio hæsitationem animū indicat: sic, quid agā iudices? quæ accusatio nis me partes conferam? quo me vertā? Exclamatio varios animorum motus declarat. Sic, ô frustra suscepti mei labores, ô spes fallaces, ô cogitationes inanes me. ô scelus, ô pestis, ô labe.

Huc pertinet acclamatio, vtraq; verò rem iam probatam amplificat, sic, tanta est impunitas garriendi, tanta in eo bene gerendæ Reip. spes constituebatur.

Tanta molis erat Romanam conde regentem.

*De definitione cõglobata dixim⁹ in inuentione
Descriptio.*

Descriptio idest illustris explanatio, quæ rem oculis subiicit. Est quadruplex, vna ducitur à partibus adiunctis, sic, erant illi, compta capilli, madentes

4
Verin.5
Milon.6
Pison.7
Natur.8
Leg. M.9
Virg. E.

DE RHETORICA.

madentes cincinnorum fimbria, fluctes cerusataq; bucca digna Capua.

De hac diximus in partibus.

Altera ab adiunctis, Sic.

*Qui mihi accubantes in conuiuio
complexi mulierculas impudicas, et
languidi, cibo confecti, fertis redimissis
vnguentis obliti, stupris debilitati, et
Etant sermonibus suis, cadem bonorum
atq; urbis incendia.*

Vtraq; effeminati descriptio ornatur
lutione.

Tertia ab adiunctis, quæ circumstant,
latius patet, Sic,

Triumphus descriptio.

Ab adiunctis quæ circumstant

*Quid tandem habet iste currus
quid iuncti ante currum duces? quid
mulacra oppidorum? quid aurum? quid
argentum? quid legati in equis, atq;
tribuni? quid clamor militum? quid*

ta illa pōpa? Inania sunt hæc, mihi crede
 & delectamenta puerorum, captare
 plausus, vehi per urbem, conspici velle.
 Hæc enim triumphatē circumstant.

Ornatur repetitione, interrogatione, dis-
 solutione, Ironia.

Reipub. perturbatæ descriptio.

Ab adiunctis quæ circumstant.

Ego autem in qua ciuitate, ⁴ nihil Reditu
 valeret senatus, omnis esset impunitas,
 nulla iudicia, vis, & ferrum in foro ver-
 sarentur, cum priuati se parietum præsi-
 dio, non legum tuerentur, tribuni plebis
 vobis spectantibus vulnerarentur, ad
 magistratum domos, cum ferro & faci-
 bus iretur, consulis fasces frangerentur,
 templa Deorum immortalium incende-
 rentur, rempub. nullam esse putavi.

Urbis captæ descriptio.

Ab adiunctis quæ circumstant.

Videte

DE RHETORICA

Videres tela vtrunque cōijci, plures vulnari, multos interfici, publica loca cadaueribus compleri, ciuium sanguine redundare, fortunas diripi, tecta disturbari, matronas clamores edere, virgines à complexu parentum distrahi, humana, & diuina misceri.

Familiæ perturbatæ descriptio.

Ab adiunctis quæ circumstant.

At vero te inquilinò, nō enim domino, resonabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta vino, madebant parietes, ingentia pueri cum meritoriis, scorta inter matres familiās versabantur.

Primæ tres ornantur dissolutione.

Quarta descriptio ducitur ab effectibus, ornatur dissolutione: sic.

Ab hoc³ Achaia exhausta, Thesalia vendita, laceratq; Athenæ, Apollonia eximata, Ambracia direpta, Bullienses illusi, Epirus excisa, Locri exusti, Acarnania vendita, Macedonia barbaris condonata.

Obser.

Observatio.

Sed hoc maxime studiosos conturbat: nam repetitio, dissolutio, descriptio, distributio, & aliz figuræ amplificant orationē: amplificatio ergo cum his figuris videtur confundi. Respōdeo verissimum esse in his figuris & aliis amplificationem elucere. Cū amplificatio ex Cicerone sit vehemens quædā affirmatio, quæ dicto spectat ad motū. Hoc tamē efficitur ab his figuris varie. Nam repetitio quia repetitidem verbum, amplificat orationē: dissolutio quia coniunctionibus vacat: descriptio quia illustrat, &c. Amplificatio vero latius patet, pertinet etiā ad Tropos. Nam eum, qui vulnē percussit, dicimus amplificātes interfecisse, quod est Hyperbōles: eum, qui auditorū animos seculavit, restinxisse: quod est metaphore. In quibus amplificatio est sine figura. Ex quo consequitur vt vbiq; sint illę figurę amplificatio nem esse: nō contra: vbiq; est amplificatio, ubi has esse figuras. Quia vt dixi latius patet. Præterea in prædictis figuris est amplificatio, nam tñ figura nō est alia. Ex quo liquido constat amplificatiōnem figuris aliisq; conuenire.

Distributio.

Distributio est, cum sumptis pluribus, suum cuiq; tribuitur, est duplex: Resc. Am.

Una

DE RHETORICA.

vna cum quod tribuitur simplex est,
 sic, quid est tam commune quam spiritus
 viuis? terra mortuis? mare fluctibus?
 litus eiectis? ita viuunt, dū possunt
 vt animam de cælo ducere non queant:
 ita moriuntur, vt eorum ossa terram
 tangat: ita iactantur fluctibus, vt
 quam abluantur: ita postremo eieci-
 tur, vt ne ad saxa quidem mortuis
 quiescant.

In coniunctis.

Aliud.

Si vidua libere, proterua petulenta
 diues effuse, libidinosa meretriciosa
 viueret, adulterum ego putarem
 quis hanc liberius salutasset.

Talis est vir, vt nulla res sit tam
 facilis, quam ille non & consilio regere
 & integritate tueri, & virtute conser-
 cere possit.

usq. est
 ibutio in
 ulis.

R. s.

6
 lo.

7
 ge. Man.

Spiri
 natur p
 ficit, vlt

Alter
 osiun
 Ego su
 is equ
 us au
 nū au
 cōmun
 datus,
 la Cur
 lo atq;

Forū cā
 singulis
 butio c

Et
 dore, q
 mis ess
 vt ars

Spiritus viuis conuenit, terra mortuis, orna-
 tur paribus. Item cōsiliū regit, virtus con-
 ſcit, vsus Ciceroni frequens.

In cōiunctis.

Altera distributio, cū quod tribuitur com-
 positum est, Sic,

Ego sum ille cōsul cui nō forū in quo om-
 nis equitas cōtinetur: nō cāpus cōsulari
 us auspicijs cōsecratus: non curia sum
 nū auxiliū omnium gentiū: nō domus
 cōmune perfugium: nō lectus ad quietē
 datus, non deniq; hęc sedes honoris sel-
 la Curulis vnquā vacua mortis pericu-
 lo atq; insidijs fuit.

Explicatio.

Forū cāpus curia ciuitas sumpta est, & quod
 singulis tribuitur compositum, & vtraq; de stri-
 butio crebro vsurpatur, & ornat orationem.

Aliud.

Etenim erat Candelabrum eo splen-
 dore, qui ex clarissimis & plurimis gē-
 nis esse debebat, ea varietate operum,
 ut ars certare videretur cum copia: ea

DE RHETORICA

magnitudine, ut intelligi posset, non ad
hominum apparatus, sed ad amplissimi
templi ornamentum esse factum.

Splendori, varietati, magnitudini compo-
tum est, quod tribuitur,

Pax, libertas, otium.

Aliud.

9. Quid tam popolare, quam pax? qua non
do hi, quibus natura sensum dedit, sed et
recta atq; agri mihi letari videntur: quid
populare, quam libertas? quam non solum
hominibus, verum etiam à bestiis experiri
omnibus rebus anteponi videtis, ² Quis
populare, quam otium? quod ita iucundum
ut vos, & maiores vestri, & fortissimus
vir maximos labores suscipiendos putat
aliquando in otio possit esse, præsertim in
perio, & dignitate.

Huius figuræ usus, frequens est Cicero
& dat viam dilatandi, ornatur repetitione
primaria est distributio.

Subiectio.

Alia sunt genera subiectionis, sed
præcipuum.

Subiectio, est responsio interrogatio

nem refellens, Sic: quo se miser vertet?
 domum ne? ut eam imaginem clarissimi ³ Marcii
 viri parentis sui, quam paucis ante die-
 bus laureatam in sua gratulatione con-
 spexit, eadem deformatam ignominia,
 lugentemq; videat? an ad matrem, quae
 misera modo consulem osculata filium
 suum, nunc cruciatur, & sollicita est, ne
 eundem paulo post spoliatum omni di-
 gnitate conspiciat? ibit igitur in exiliū
 miser? quo? ad Orientis ne partes? in qui-
 bus legatus fuit, exercitus duxit, res ma-
 ximas gessit? at habet magnum dolorem
 unde cum honore discesseris, eodē cum
 ignominia reuerti.

Aliud breuius.

¹ Quid tandem impedit te: mos ne
 maiorum? at per sepe privati in hac
 Republ. perniciosos ciues morte mul-

DE RHETORICA.

tarunt. An leges, quæ de civium Romanorum supplicio rogatæ sunt? at nūquā in hac vrbe qui à repub. defecerūt, civiū iura tenuerunt: an invidiam postcritatis times? præclare populo Rom. refers gratiam, qui te hominem per te cognitū nulla cōmendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit.

Priori exemplo docet, non licere illi domū ire, neq; ad matrem, neque ad Orientem: posteriori Catilinā moribus, legibus, invidia nō impediri. Valet multum ad motum. Habet interrogationem, & aliquid distributionis: sed refutatio est primaria.

Observatio.

Fabius docet idem significantia figuram esse in verbis cui assentior, & adiungo: ubi sunt multiq; verba idem significantia, ibi, si respiceres commemoratiōem esse, quæ figura est in sententia, cum præciso, siue reticentia illi contraria, consensione Rhetorum, figura in sententia appelletur.

Commo-

Ma
 C
 dis
 ratu
 plex
 sint
 re ali
 ficisc
 la cas
 cum
 mos,
 berab
 R
 P
 Etam
 neri,
 quid
 quos
 ris,
 ris?

Commoratio.

Magnum lumen, & frequens orationis.

Commoratio eandem rem multis modis versat, in qua orator haeret & moratur in firmissimo loco causa. Est duplex, in eadē periodo, sic. Quae cū ita sint Catilina, perge quo coepisti, egredere aliquando ex vrbe, patent portae proficiscere, nimium diu te imperatorē illa castra Manliana desiderant, educ te cum omnes tuos, sin minus quam plurimos, purga urbem, magno me metu liberabis.

Orator.

3
Catilin.4
Dissoluti
coniurati
com vati
maria.

Rursus in alia sententia commoratio.

¹ Patere tua consilia non sentis? cōstri-
ctam iam omnium horum cōscientia te-
neri, coniurationem tuam non vides?
quid proxima nocte egeris, vbi fueris,
quos conuocaueris, quid consilij cepe-
ris, quem nostrum ignorare arbitra-
ris?

1
Catilin.

DE RHETORICA.

Si verba consideres idem significantia sunt
figura in verbis, si rem, commemoratio est.

In diuersis periodis, Sic.

Am. Rogatq; te Chryfogone, si nihil de pa-
tris fortunis amplissimis in rem suam
conuertit, si nulla in re te fraudauit,
si tibi optima fide sua, omnia concessit,
adnumerauit appendit, si vestitum,
quo testus erat, annullūq; dedit, os suū
tibi tradidit, si ex omnibus rebus sei-
psum nudum, neq; praterca quidquam
exceptit, vt per te liceat amicorum opi-
bus vitam in egestate degere.

Rursus in eadem sententia commemoratio.

Am. Prædia mea tu possides, ego aliena
misericordia uiuo: concedo & quod
animus æquus est & quia necesse est:
mea domus tibi patet, mihi clausa est:
fero: familia mea maxima vteris, ego

seruum

seruum habeo nullum: patior & ferendum puto. Si spoliolum causa vis hominem occidere, spoliasti.

Est ibi concessio & paria, in sententia superiori.

¹ Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, si tibi omnia sua præter animam tradidit, neq; sibi quidquam paternum, ne monimentum quidem causa reserua-uit, per Deos immortales, quæ est ista tanta crudelitas? quæ tam fera immanisq; natura? quis vnquam prædo fuit tam nefarius? quis Pirata tam barbarus? vt cum integram prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrabere mallet.

Sententia dictorum. Si spoliasti bonis Roscium ne ei vitam eripias.

Aliud.

Ego à primo cap. legis vsq; ad extremum Quir. ^{Tull. vir.} reperio

DE RHETORICA.

reperio, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decem reges ararij, vestigalium, prouinciarum omnium, totius Reipub. regnorum, populorum, domini constituerentur, legis agrarie simulatione atq; nomine.

Rursus.

Hac lege agraria pulcra, atq; populari, dari vobis nihil, cōdonari certis hominibus omnia: ostentari populo Romano agros, eripi etiā libertatem, privatorum pecunias auferri, publicas exhauriri: deniq; quod est indignissimum, per tribunum plebis, quem maiores presidē libertatis & custodem esse voluerunt reges in ciuitate constitui.

Posterioris, tolli ciuium libertatem reges constitui, vtraq; ornatur repetitione, interrogatione, paribus.

Sustentatio.

Sustentatio animos tenet suspensos, ut aliquid inopinatum subiiciat. Sic,
Est

Est in imperio terror? patientur: est
 in aduentu sumptus? ferent: imperabi-
 tur aliquid muneris: non recusabunt:
 illud vero quantum est Quirites? qui
 aliquam in urbem aut expectatus, ut
 hospes, aut repente ut dominus venerit,
 illum ipsum locum, quo venerit, ipsam
 illam sedem hospitalem, in quam erit
 deductus, publicam populi Romani
 esse dicet.

Ornatur concessione, interrogatione.

Aliud.

²Expectate facinus quam vultis improbum
 vincam tamen expectationem omnium, no-
 mine sceleris, conurationisq; damnati, ad sup-
 plicium traditi, ad palum alligati, repente nul-
 tis millibus hominum spectantibus, soluti sunt.

Aliud.

³Non ille decumarum imperia, non bono-
 rum disceptationes, non iniqua iudicia, non im-
 portunissimas istius libidines, non vim, non
 contumelias, quibus operum, oppressisq; etiam,

DE RHETORICA.

conquerebantur: Cereris numen, sacrorum
vetustatem, fani religionem, istius audacissimi,
& sceleratissimi supplicio expiari volebat.

Explicatio.

Animus suspenditur donec audiat sedem
hospitalem fieri publicam: alligatos ad palum
solui: numen Cereris expiandum supplicio
Verris.

Concessio.

*Concessio cum concedimus, quod no-
cet alijs & utile nobis est, sic, Sit ⁴ sac-
legus, sit fur, sit flagitiorum omnium
vitiatorumq; princeps: at est bonus im-
perator.*

*Vel sic, est ⁵ labor, non nego: pericula
magna, fateor: multa insidia sunt bo-
nis, verissime dictum est.*

De quo in commoratione, & sustentatione
ne pauca diximus.

Præteritio.

*¹Præteritio simulat se nolle dicere
quod dicit sic: mitto aurum coronarium*

quod
les, m
in pro
rum n
ratio
mitto
gulis
natim
lege J
ligen

T
rum,
& spe
mere
se: S
aliqu

²Ma
cum b
no? au

quod

quod te diutissime torfit, cum modo velles, modo nolles, mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summamq; pradae: mitto rationem exacti, imperatiq; frumenti: mitto ereptam libertatem populis, ac singulis qui erant affecti praemijs nominatum: quorum nihil est quod non sit lege Julia, ne fieri liceat, sancitum diligenter.

Prosopopeia.

Prosopopeia est cum grauem virum, aut Rēpub. loquentem facimus, et speciem decoram adhibemus, ne temere videamur personam illam gessisse: Sic, existat igitur ex hac familia aliquis: ac potissimum cecus ille.

Oratio Cæci.

Mulier quid tibi cum caelio? quid cum homine adolescentulo? quid cū alie ^{Vassin.} no? cur tam familiaris fuisti, ut aurum huic

DE RHETORICA.

*huic commodares? aut tam inimica, ut
venenum timeres: non patrem tuum vi-
deras? non patrum, non auum, pro-
auum, at auum, audieras consules fuis-
se? & totus locus: deinde deponit perso-
nam, Sic, Std quid ego tam grauem per-
sonam induxi?*

1. Sic Cicero facit loquentem patriam ¹his in
7. Catilin. ²Patrem Verris, Siciliam in diui-
natione.

3
1. *Obliqua est cum quis cōmemorat,
quæ à se vel ab alio sunt dicta. Sic, di-
cebam ³habere eos. Q. Cecilium, qui
presertim quæstor, post me quæstorem
fuisset.*

Reliquæ figuræ.

Figuræ quarû vsus tã frequēs non est, nec tam
illustris:

Cōmunicatio est, dū cū alijs deliberamus.
Auersio cum à re sermonem auertimus: ex-
plum vtriusq; sic.

Tu deniq; Labiene ⁴quid faceres tali in re
ac tempore? cum te ignauia ratio in fugam &
latebras

latebra
rum ar
libert
quam
num v
Oin
Præ
dictis c
relinqu
quæ de
bellare
Ex his
bona a
num ira
(Quos
flu
Occ
est exo
out cor
Cæl. pr
Vsu
his. Sic
sic insti
Opt
sic, vt
et. vt p
laturn
nter fe

atebras impelleret: Saturnini furor in Capito-
 rum arcefferet: consules ad salutem & patriæ
 libertatem vocarent: quam auctoritatem? aut
 quam vocem? cuius imperio parere potissi-
 mum velles?

Ornatur interrogatione, distributione.

Præcisio commorationi contraria, est, cū
 dictis quibusdam, aliud iudicio audientium
 relinquitur. Sic, hæc pecunia iubet agros emi,
 quæ deducamini non ⁵ consuevi homines ap-
 pellare asperius, Quirites, nisi lacessitis.

Ex his conijciunt Quirites decemvirorum
 bona augeri, publica imminui & Neptu-
 num iratum esse.

⁶ Quos ego: sed præstat motos componere
 fluctus.

Occupatio cum obiectio tacita diluitur, &
 est exordijs apta, ⁷ vt si quis vestrum iudices
 aut eorum qui adsunt: forte miretur, &c. pro
 Cæl. pro Rabir. post pro Roscio Amerino.

Vsurpatur etiam, in alijs partibus oratio-
 nis. Sic: dicet aliquis, ⁸ hæc est tua disciplina?
 sic instituis adolescentes?

Optatio, qua Voti significationem damus,
 sic, ⁹ vtinam mihi facultatem causa concede-
 ret, vt possem hoc prædicare. C. Rabirij manu
 Saturninum hostem Populi Romani, esse
 interfectum.

De

⁵
Tull. qui

⁶
Æneido.

⁷
Verr. 1.

⁸
Cali.

⁹
Rabir. p.

DE RHETORICA.

Deprecatio cum nomen aliquod imploratur, sic vos enim Albani tumuli atq; luci, vosq; Albanorum obruta arx, sacrorum Populi Romani sociæ, & æquales, vos inquam imploro atq; obtestor.

Licentia est, cum dicimus quod videtur periculosum. Sic quantum potero voce contendam, ut Populus Romanus exaudiat: suscepto bello Cæsar, gesto etiam magna exparte nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

Questionum & partium præcepta. Vsum inuentionis & elocutionis exposui.

Nunc vero vsum partium docebo, in quo absolutio huius artis consistit.

Numeros iudicio aurium referuavi.

Nonnulli autores putarunt exordium quatuor propositionibus contineri: expositione, ratione, redditione, comprobatione. Exempli gratia. Pro Marcello expositio est diuturni silentij: ratio tantam enim mansuetudinem &c. Redditio, ergo & mihi mea pristinae vitæ Cai Cæsar consuetudinē interclusam aperuisti: Comprobatio. Intellectum est enim mihi.

Pro Marcello.

Pruden

Prudenter hoc dictum: sed quod dicam
 planius & verius: id exordium triplici en-
 chimemate contineri. Vnum est, Cæsar fuit
 incredibili clementia. Ergo hic dies mihi in-
 ium dicendi attulit. Ab adiunctis quæ cir-
 cunstant. Alterum: Cæsar restituit Marcel-
 lum, Ergo fuit singulari clementia. Ab ef-
 fectis, Tertium Marcellus amicissimus mi-
 hi non in eadem erat fortuna: ergo dolere &
 flere debui. Ab adiunctis quæ circumstant.
 Rursus. Cæsar fuit clemens, & restituit Mar-
 cellum, ergo meæ vitæ consuetudinem spe-
 ruit. Ab adiunctis, quæ circumstant, & est en-
 chimematis primi conclusio. Rursus reddidit
 Marcellum Reip. ergo reddet alios: à maiori.

Pro Archia Poeta.

In exordio pro Archia est vna propofi-
 tio duplici argumento probata, Sic. Archias
 fuit princeps studiorum meorum ergo illum
 eloquentia tueri debeo. A causa efficienti.
 Rursus, alijs subsidio fuit oratio mea: ergo ef-
 fe debet præceptoris. A minori. Habet præte-
 rea deprecationem, vt liciat illi laudare stu-
 dia humanitatis.

DE RHETORICA.

Pro Milone.

Occupatione usus probat se metu comoueri. Quia confessus vester non est cinctus, ut solebat. Quia hæc præsidia timorem non detrahunt oratori. Ab adiunctis quæ circumstant. Rursus docet non esse timendum. Sic, Pompeius est sapiens. Ergo nolet eundem reum iudicum sententijs tradere & telis militum dedere. A repugnantibus. Ergo arma præsidium nobis denuntiant. Ab adiunctis quæ circumstant: idem probatur, quia reliqua multitudo tota nostra est. Quia Milo retinetur in ciuitate: vitur deinde occupatione se nolle rem feliciter euenire, nisi luce clarius constiterit in iudicium Miloni factas.

Pro Rabiro perduellionis reo.

Sû amicus Rabirio ergo eius patrociniû debui suscipere. Ab efficiendi causa præterea mihi iustitiam populi Rabirius defendit, ergo non debuit in iudicium vocari. A repugnantibus, præterea boni consulis est providere ne labefactentur præsidia Reipub. Ergo est bonorum civium intercludere omnes seditionum vias, à maiori.

Pro Sestio.

Qui Retup. liberatunt sunt rei, sordidati,
 & qui eam labefactarunt volitant alacres in
 pro, ergo non erunt qui post hæc se offerant
 n discrimin pro communi libertate.

A repugnantibus.

Præterea per scelere perditos bonis periculū
 inferunt, ergo optimus quisq; à tuitione Rei-
 ub. desistet. etiam à repugnantibus.

Hoc fere in nostris exordijs institutum te-
 cebimus. Hoc frequentius tenuit Cicero.

De usu exordij, narra-
 tionis & confirma-
 tionis, lib. 4.

Exordium in laudatione viri litera-
 tissimi ex illo quod est pro Archia.

S I in dicendi ratione aliquid
 profecissem, Rector huius A-
 cademie, Doctores Theolo-

K gi,

DE RHETORICA.

gi, Viri nobiles, & literati, in qua non
 sine laude aliquot annos versatus sum,
 aut si cognitione optimarum artium va-
 lerem, ad quam meam diligentiam diu-
 tius accuratissime contuli: oblata mihi
 erat occasio, in qua percursis huius sapiē-
 tissimi viri ornamentis, cui plurima
 amplissimaq; beneficia debeo: fructus
 laborum meorum copiose perciperē, &
 animos vestros aliqua afficerem volu-
 ptate. sed cum ingenio, & eloquentia
 parum possim, & hic summus vir ma-
 gna habeat a natura, & industria, adu-
 menta disciplinarum cum innocentia,
 vita & alijs virtutibus copulata: peri-
 mesco sane ne frangar animo, & oneri
 gravitati parum honeste succumbam.
 cum ergo sit equum, quibus debemus,
 nostra opera uti volunt, reddere benefi-
 cium, fretus sapientia, & humanitate

volentia
 et agra-
 timo.

olestia.

asidij
 laudati.

avientia
 litorum.

vestre,

vestra
 es con
 leside
 etur:
 ia in
 uorun
 non
 conabo
 Aliud

Qu
 huius
 licena
 li, & e
 demia
 Cape in
 orit a
 ulli a
 gravi
 io per

vestra, quæ iacentes excitat, & nutan-
 tes confirmat, & silentium, quod solet
 desiderari, atq; auxilium mihi etiã polli-
 cetur: Antonium nostrum ab adolescen-
 tia inspiciam, & consecutus ordinem
 suorum studiorũ, splendidissima quæq;
 si non exprimere, saltem adumbrare
 conabor.

5
Daciles6
Attentos

Aliud exordium: in laudatione do-
 cti viri ex eo quod est, pro le-
 ge Manilia.

Quanquam aliquot annos Rector
 huius Academiæ, viri literatissimi, huic
 dicendi discipline, accurate operam de-
 di, & eloquentibus viris, quorũ in Aca-
 demia nostra, magna facultas est, meã
 sæpe industriam probavi: tamen au-
 thoritas huius loci, quam pauci, aut
 nulli audent sine metu contingere, &
 gravitas vestra, quæ orationem inge-
 nio perfectam, & elucubratam requirit

7
Efficium suum
sine arroganti-
cõmemora-8
Agravitate
auditionem

DE RHETORICA.

me pro sapientissimo viro dicere incipiē
 tem valde perturbat. Nam cum adsint
 homines summis ingenijs præditi, & gra
 uioribus disciplinis cumulatius exculti
 qui acie mentis, vel minima dictionis
 vitia perspiciant, & ego fuerim ad hoc
 munus obeundum, in magna temporis
 angustias compulsus: non erit mirum si
 concitata de me expectationi, & studiis
 vestris, plene non satisfecero: tamē cum
 beneficia recordor quibus me Academia
 in hac hominum celebritate, antea le
 uinxit, & vos video frequentes, atque
 alacres ad actionem nostram conueni
 se: letor magnopere, & spero hunc sum
 mum virum pro dignitate laudibus or
 nandum esse, & rem susceptam mihi
 ex animi sententia processuram. Vos er
 go mihi animos addidistis, & huius viri
 excellentis summa dignitas, quasi iure
 suo po
 geniū
 tus or
 D
 Rect
 simi, c
 nio, a
 huic es
 rim, in
 borem
 rim su
 liat, &
 rincip
 edon
 sum, &
 em m
 licena
 em so
 suo

uentia
 1074. n.

t. 210 ani-

suo postulant, ut eius patria, ³genus, in
 geniū, ⁴litera recondita, eximiaq; vir-
 tus ornatissime predicetur.

³
 Doct. es.

⁴
 Attento.

Aliud in laudatione, ex
 diui. in Ver.

Mirabitur fortassis aliquis vestrū,
 Rector huius Academiae, viri doctis-
 simi, cur ego, qui exiguo ⁵præditus inge-
 nio, alijsq; studijs distractus, parū otij
 huic exercitationi aliquot annos tribus-
 rim, in hanc theatri lucem prodire, & la-
 bore meo viribus imparem ausus fue-
 rim suscipere. Crescet admiratio, cū au-
 diat, Demosthenem Græcæ eloquentiæ
 principem dum in conspectu regis Ma-
 cedonum diceret, metu gravi percul-
 sum, & exanimatum conticuisse. Isocra-
 tem magnum oratorem, & perfectum
 licendi magistrum, qui primus oratio-
 nem solutā numeris convenienter astrin-

Beneuolo.
 cit.

⁵
 A mod. st.

A comparatis
 maiori.

Cic. de la.
 Orat.

DE RHETORICA.

xit, & eam gloriam aluit intra parietes, quam alij crebris publicis actionibus, non sunt consecuti, lucem forensensem. Et populari frequentiam vitasse: ut suo ingenio & existimationi consuleret. at vero si in huius viri præstantiam ocularum coniecerit, quæ sit eius dignitas quæ exquisita doctrina, quanta sit amicitie vetustas cognoverit, quantaq; ab illo acceperim beneficia mirari desinet & intelliget plane: erepta omni recusandi facultate, honestum mihi fuisse, iudicium vestrum potius periculose subire, quam viro amicissimo, & ornatissimo id obnoxie petenti repugnare. Sed me in hac invententem vna & maxima consolatio sustentat, res eas de quibus dicturus sum tam copiosas, tam illustres, tam admirabiles esse: ut suis opibus dicentium inopiam, & egestatem compensent: sua

clari

gnitate

qui lau-

r.

amicit.

3

rentos.

larita
atum
virat
mean
indan
e vetu
tibus
lum, v
dhort

Exord
stuit
noru
vt op
studi
lan. i

St.
Acade
unos
am a

laritate, ieiunę & spinose orationi, or
 atum & splendorem accersant: sui ad
 iratione auditorum animos suspensos
 meant, & in credibili voluptate per-
 undant. ⁴ Dicendum mihi est de patria ⁴ Dociles f
 e vetustate familia, de literis, de vir- ^{partitio}
 tibus huius viri qua nos ad dicen-
 um, vos vero ad audiendum debent
 hortari.

Exordium laudationis eius qui præ
 stitit literis, & amicorum paucitate, in ho-
 norum renuntiationibus, ei non successit
 ut optabat, & qui laudat, intermisit hæc
 studia: ex orat. pro Marcello. & Tuscu-
 lan. 1.

Studium dicendi, Rector huius
 Academia, viri ornatissimi, in quod
 annos multos attentius incubui, reten-
 tum animo, remissum temporibus,

DE RHETORICA.

longo interuallo intermissum reuocauit.

Tantam enim acerbitatem, tam luctuosum miserabilemque casum, quantus

superioribus comitijs in hunc summum

1
su mise-
sit lau-

Virum, nihil tale metuentem, aut

suspiciantem inuasit, non potui, saluis

2
amicitia.

amicitiæ legibus, tacitus præterire.

nam cum doctorum ordo clarissimus,

admirabile ornamentum huius scholæ,

lumē multarum gentium, vindex acer-

rimus catholice veritatis ab odio &

amore vacuus, nihil nisi iuste & sapienter

decernat: in quibus præsertim agitur

summorum hominum res, & existima-

tio: & Franciscus noster, perfecte ma-

3
actionib.

gnis artibus eruditus, acris ingenij, &

exquisita doctrinæ, datis publice docu-

mentis expressis in Academia magnis

clamores & admirationes effecerit: ob-

stupus sane & grauiter dolui, cum de

magna decidere, meum desiderium
 multorum expectationem, hominū etiā
 sapientium voces, vestro iudicio & sen-
 tentia superari. Sed quoniam ita tulit
 casus infestus, & inimica fortuna, quae
 tibi saepe invidit felicitatem, & doctissi-
 mi viri¹ non pauci tuam causam dilige-
 ntissime sustinuerunt, quorū iudicio for-
 tassis standum esset: tu omnē animi mo-
 lestiam absterge, & ego² aciem ingenij
 rerum scientiam, mores optimos oratio-
 ne si non perpolita, saltem vera, & mul-
 tarum rerum plenissima consēdabor.

Exordium in laudatione viri doctis-
 simi, cui bene successit in renuntiationi-
 bus ex. 2. in Verr.

Quod erat optandum, Rector huius
 Academię, Patres sapientissimi, & quod
 unum, ad vestrū ordinem laudibus ex-
 tollendum maxime pertinebat, id non

¹
 A iudicio
 eorum fac
 benevolos

²
 Attentos e
 dociles s

DE RHETORICA

humano consilio, sed p̄ne diuinitus da-
 tum, atq; oblatum, hoc felicissimo reip.
 tempore videtur. inueteravit enim opi-
 nio penitus insita, & vobis valde glorio-
 sa, quæ non modo in nostra, sed etiam in
 alijs scholis, frequenti sermone per cre-
 buit: neminem tam inopem ab amicis,
 tam nudum à propinquis existere, qui
 si in publicis actionibus ingenij, & do-
 ctrinae lumen ostenderit & probata ac
 defensa sua sententia, viris in eodẽ sta-
 dio currentibus, scientia, & ingenio pre-
 stiterit, ius sum non obtineat, & honori
 sibi debitum, à doct̄oribus non cõsequi-
 tur. Si qui vero sunt ignari consuetudi-
 nis vestrae, hospites & peregrini in re-
 tam illustri & peruagata replicet me-
 moriam antiquitatis, lustret cogitati-
 one hunc virum ornatissimum, quem,
 superioribus cõmitijs, nō patria, quæ nō
 multos

diuinitus
 creatus.

euolos fa-
 laudatio
 loelo. um.

o iis lau-
 que con-
 git.

vultu.
 res, qu
 urric
 um pa
 abeba
 titas
 erspe
 no pr
 magna
 nom
 frū ap
 res hu
 entia
 uius
 atem
 confer
 mam
 Aliuc
 cui
 Et

multos huc mittit literarū studiosos: nō
 res, quas ipse in conficiendis studiorum
 vtriusque pene consumpsit: non amico-
 rum patrocinium, quos ille paucissimos
 habebat, sed auctoritas huius ordinis, Sā-
 titas vestri senatus, multis argumētis
 respecta, equitatis observatissima, ma-
 gno premio cumulavit. Quāobrē cum
 magna laus fuerit iustitię, a doctissimis
 hominibus tributa & in Antonium no-
 strū apte ceciderit, equū est ut vos om-
 nes hunc sapientissimū ordinem benevo-
 lentia colatis sempiterna, & ego ad-
 mirari viri ingenium, doctrinā & probi-
 tatem & insignia facta celebraanda me
 conferam, quę si animis adestis, maxi-
 mam voluptatem vobis sunt allatura.

Aliud exordium, in laudatione eius
 cui bene successit, ex orat. pro Milone.

Et si vercor, ne turpe sit, Rector huius

Diffolati
 coniunct

I
 Do. s' es
 tentos ab i
 genio, & i
 gitudine
 Floram, ab
 lit. te.

DE RHETORICA.

bolos fa

deffia

erit lau
i viii.

aut vita-
octorum.

Academie, doctores eximij, concio no-
bilis, & literata, pro sapientissimo viro
dicere incipientem, timere, & ad eius
laudationem qui literarum ornamenta
& gloriam immortalem sibi peperit, per-
fectam dicendi facultatem non afferre:
tamen nouus virtutum splendor, acie
mentis perstringit, & autoritas vestra
quę eloquentissimum quemq; perturbat
me animo consistere, & a me respira-
re non patitur. Nam si vires pares es-
se debent oneri, quod illis imponitur,
cum prudenter aliquod munus admi-
strandum suscipitur: & constat inter
omnes, tenuitatem ingenij mei ab ho-
nore ei nuper habito longe vinci & su-
perari: nemini mirum debet videri, si
exitum huius actionis vehementer per-
timefcam, & has partes alijs oratori-
bus imponere, pro virili ante contende-

rim,

im, quamuis enim in humanioribus li-
 eris, accurate colendis aliquot annos,
 peram & studium posuerim, & susce-
 ptis mediocribus causis, (ut fertur) ex-
 celsationi dome concitatus, in hoc homi-
 num concursu, responderim: tamen ma-
 gnitudo causae, perfecta huius viri na-
 tura, singularis industria, exquisita do-
 ctрина, cum nobilitate & summo honore
 coniuncta, terreret oculos, animumq;
 acriter pungeret, nisi in vestrâ sapien-
 tia, & humanitate tanquam in colum-
 na firma & stabili, oratio mea nitere-
 tur. Quibus ita constitutis, si mihi fece-
 ritis eâ audientiâ, quâ huius viri meri-
 ta, & autoritas, vestra dicentibus pollice-
 tur, ea quae proposui oratione, quâ ma-
 xime potero limata, persequar: cum ut
 meo munere fungar, tum ut non de sit
 Academia, quid laudet, & admiretur
 neq

I
 Atte. sic
 sibi fuit
 mione.

2
 Ab huma-
 nitate & de-
 rum bene-
 lentia.

3
 Et ab officio
 suo.

DE RHETORICA.

neq; viris aspirantibus ad magna, quid
in studiorum decursu honorifice possint
imitari

Exordium quo autor usus est in lau-
datione cuiusdam viri theologi habitum
æstatis. Pro Rabinio, perdue, crebro accidit.

*Cum annis superioribus, Rector
huius Academia, Patres ornatissimi
multis viris, qui in nostra repub.
nobilitate, & literis præstiterunt, hæc
à me obnixè petentibus negaverim, ho-
dierno vero die, mutata voluntate, eun-
dem laborem susceperim: reddenda mi-
hi consilij ratio est, ne curiosus aliquis
(quod frequenter obyci solet) morosita-
tis, aut arrogantia, in me vitium falsè
conferat. Nam cum ab illis mihi onus
dicendi hyemis tempore imponeretur,
quo illæ actiones haberi solita sunt, sicut
tunc aer vel humoribus concresecat, vel*

frigo-

impore.

evolentia
it ab offi-
sua.
upatio.

frigor
impea
uolme
mente
nimib
ne, qu
tati, q
reddi
& in
elega
tis te
xatis
tas h
lis per
ta ex
& al
tati, f
tun
non en
venol

frigore congeliet, vtrūq; vero mihi sit
 impedimento, qui ut probe noſtis, ex-
 pulmonibus, anguſtijsq; thoracis vehe-
 menter laborem: malui ſane otioſis ho-
 minibus dare occaſionem detrahendi de
 me, quod non paruiſſem amicorum volū-
 tati, quam rauca voce, ſpirituq; ducto,
 redditoq; per vim, vobis moleſtiā afferre
 & ingenij laudē (ſi qua eſt) ſermonisq;
 elegantiam deſormare. Hoc vero eſta-
 tis tempore, inſtrumentis orationis la-
 xatis, ſtudium Academiae, & volun-
 tas huius viri, multis meis pericu-
 lis perſpecta, me impulit, ut niſi ſuſce-
 pta exornatione nullo modo poſſem, ipſi
 & alijs amicis, hoc a me eſſagitatibus
 ſatiſfacere. quāobrē dabitis mihi veniā
 ſi tunc aliorum precibus meā exiſtima-
 tionem antepoſui, & accipietis be-
 neuole ſi nunc hominis optimi, &
ſapientis

DE RHETORICA.

Sapientissimi amicitia, & auctoritati par-
rui, ac ingenium, doctrinam singularem
magnis virtutibus ornatam oratione per
sequi constitui.

Patria à vetustate, à conditore, à legibus, si po-
test, abijs quæ insunt, vt fertilitas, salubritas, à
ciuibus debet laudari.

Patria, Genus, Fama, bona sunt externa.

Patria laudatur, longius ducto principio, Sic,

Patria.

Video summorum scriptorum præ-
ceptis contineri, vt orator, eius qui lau-
datur, patriam, genus, literas, moresq;
cõmendet, clarissima queq; magnificen-
tius extollat, vt in hac eruditorum fre-
quentia, virtus eius ornatisime celebra-
tur: veterem laudabilemq; consuetudi-
nem sane non improbo. Nam si hoc cu-
ducum, & fragile, quod aspectu, tactusq;
percipimus, celestibus corporibus gu-
bernatur

estimo: aio

est. l. 1 me
or um.

vernatur ac pendet: si in² Græcia studiū
 sapientiæ, in Syria, & Ægypto cupidi-
 tatem pecuniæ, in Scythia & Thracia,
 iracundiã dominari, nobilissimi philoso-
 phi memoriæ prodiderunt: Si⁴ acutiora
 sunt ingenia, & ad intelligendū aptio-
 ra, quæ terras incolunt, vbi tenuis, & pu-
 rus sit aer, tarda vero vbi crassus, atq;
 concretus: dubium non est, quin loci na-
 tura, in quo nati sumus, hominibus ali-
 quam vim & facultatem impertiat, in
 quam plenior oratio laudando possit ex-
 currere. Hic vir natus est Pincia, quod
 oppidum non solum fertilissima Vac-
 ceorum provinciæ caput est, & orna-
 mentum, insigne, sed salubritate aeris,
 terræ situ, magnitudine fructum, edi-
 ficiorum magnificentia, & descriptio-
 ne ciuium, collegiorum, & Academia
 claritate, celeberrimus Hispaniæ urbibus

2
Plat. 4
rep.

3
Cice. in A
Deor.

4
Horat. e

DE RHETORICA.

se equavit, aut præstitit: & materiam nobis copiose suppeditat, ut iucundarum enarratione possimus animos vestros afficere voluptate.

Laudatio Lucronij.

Hic vir Lucronij natus est, quæ urbs pulcherrima, & amenissima, finibus Riojensis provinciae continetur, Ibero amne, septentrionem versus, alluitur: ex quo præter molas frumentarias civitati & populis finitimis utiilissimas, rivi magnis canalibus derivati, hortos, vineas, late patentia irrigant, agros etiam fertiles, & oblimatos relinquunt: ut soli ubertate, & fructum magnitudine, vini copia, quod in alias regiones exportatur assidue, urbes etiam locupletissimas superet. Ornatur etiam pulchris & magnificentis templis, ædibus ad venustatē, & elegantiam structis, callibus spatiosis, & directis

etis, totorum altitudine, descriptio-
 e, & equabilitate iucundissime locum
 occupante, ut oculi teneantur suspensi,
 & vix possit longitudo eorum aspectu ter-
 minari, cives vero fidelitatis, ingenij, ani-
 mi, cultus civilis & humanitatis mag-
 nam sustinent expectationem: consilio
 & armis multum prestiterunt: maxime
 vero cum Gallorum, qui signis infestis
 in Castellam invaserant, & nobis ruinam
 & vastitatem minabantur, audaciam
 ac impetum, duce extincto, sortiter & sa-
 pienter, nostris temporibus, represserunt.

Annis, vineta, agri, cives & diuncta quæ circun-
 stant, fructus vinum: effecta, fidelitas, confi-
 lium, humanitas insunt civibus.

Alia laus a patria. Pro Flaco.

I summorum scriptorum sermone perce-
 buit non mores in generari hominibus tam

DE RHETORICA.

ab stirpe generis quam ab ijs rebus, que
 ex ipsa natura loci & vite consuetudi-
 ne ¹suppeditantur, ac fluunt: & eorum-
 dem testimonio, ²Hispani inuidi, Galli-
 mobiles ¹Carthaginenses fraudulentis
²Campani superbi, Romani laudis ap-
 petentes preter ceteras existimantur na-
 tiones: æquum erit patriam Antonij no-
 stri altricem virorum sapientium, setæ
 honestatis, domicilium expressæ virtu-
 tis commemorare. Nam vt alia vrbes
 abundant frumento, oleo, vino, & in
 bonitate agrorum, fructuumq; gloriatur
 multitudine, qui illecebris voluptatum
 sæpe sunt comites atq; ministri: ita hoc
 oppidum ex longo tempore viros tulit op-
 time conformatos à natura, iustos, clemē-
 tes, magnis præditos ingenijs, literis de-
 ditissimos, qui in amicitiam maximorū
 principum recepti, Remp. prudentissime
 gesse

us.

f. 2.

.bel.

l.

Man.

e Ber
 empi
 A co
 Si ca
 uid p
 ft.

Nq
 siler
 litat
 onsit
 luciba
 is, ing
 iorun
 edere
 ellent
 ur, &
 eme
 seg

gesse

reſerunt, & ſuas laudes in memoriam
empiternam propagarunt.

A comparatis & adiunctis, quæ inſunt.

Si campani, Carthaginēſes &c. habent ali-
quid proprium, ergo huius Patriæ. Exēplum
ſt.

Alia laus a patria.

In qua cauſe tractatione patrię laudes
ſilētio præteribo: quæ tamen ſi, ſoli fer-
tilitate, cęli temperatione, & clementia,
conſitis arboribus, omnibus lucidiſſimis,
lucibus, militibus, prudentibus, litera-
ris, ingenuarum artium præſtantia, inge-
niorum claritate, nulli regioni debeat cõ-
cedere: id tamen in hoc ſummo viro, ex-
cellentium virtutum ſplendore obſcura-
tur, & offunditur & nos cogit ad vberio-
rem & iuſtiorē laudationis materiam
conſegetem properare.

Laudatio a genere.

DE RHETORICA.

Natus in ea familia, quæ viros aluit
 omni genere laudis florentes, suæ
 reip. principes, lumina civitatis: qui cum
 consilio & prudentia, opibus & auctori-
 tate cæteris excellere, cogebantur sepe
 rempublicam capeßere, amplissimis hono-
 ribus, periculisq; perfungi, iacturâ, alio-
 rum avaritia, aut negligentia factam, in-
 tegeritate, & industria resarcire. dum
 habuit prætorem florentissima civitatis,
 quæ multis beneficijs obstricta, cū abun-
 tem magistratu, votis, & lacrymis pro-
 secuta, præclari viri ornamenta in-
 dißime recordatur: & dum illam gerit,
 ob summam vigilantiam, iustitiam, &
 humanitatem erga civos, multis ac mag-
 nis honoribus afficit: patrem magnæ
 copiarum ducem, cuius vestigia, bella
 prudenter & feliciter administrato, in
 animis hominum non erunt leuiter præ-

sa, sed firmiter fixa, ad omnium seculo-
rum memoriam sempiternā: quorum pro-
bitas, & integritas, si Antonium nostrū
ab omni turpitudinis labe nō abduceret,
si illi viam virtutis tritissimam non re-
linqueret, vt seruaret honestatis officia,
ipse ingenij claritate, animi altitudine,
vita ante adtā recordatione, ad illa, cele-
rius concitaretur.

Alia laudatio a genere.

Hic parentibus est honestissimis, qui
nobilitate, & magnis virtutibus or-
nati, in liberorum educatione, animum
tamquam arcum habentes intentum,
neq; pepercerunt sumptui, neq; desti-
terunt suos filios opportune his praece-
ptoribus erudiendos tradere, qui pruden-
tia, probitate, doctrina, multū in tota ciui-
tate, alijs doctoribus prestitissent: non

Verisimile
quia conse-
tu personi-
locis & v-
ribus.

Breuis qui
inde incip-
rude opo-

DE RHETORICA

enim putabant tam ad suam, familiae laudem, & utilitatem interesse, amplas, & bene fundatas opes suis liberis relinquere, quam efficere, ut illi bonis moribus, & artibus instituti, consectarentur eminemētem effigiem virtutis, quibus ad se hominum allicerent voluntates, rem augere, & gloriam à principibus, alijsq; possent consequi. De quorum liberalitate, iustitia, rebus fortiter gestis, nolo longum sermonem inferre, quod sentiam proprias huius viri virtutes late patere, hanc materiam dicendi mihi, & alijs copiose suppeditari, ut oratio mea ejus florescat rerum multitudine, & varietate, & eius fructum laboris suscepti non iniucundum capere possitis.

Laudatio ab ingenio, ex lib. 2. de orat. multa & varia in propria genera dirigitur.

Extulit

Extulit se in hoc viro magna ingenij
 fecunditas, ad ediscendum mirabi-
 lis, bonarum artium receptrix, rerum diffi-
 lium indagatrix, laboris patientissima
 et collimandas sagittas idonea, ad tela
 repellenda parata: & quemadmodum
 agri fertiles si deligenter colantur, effe-
 runt fruges copiose, spem explent agrico-
 larum: ita feracius ingenium accurate
 iteris excultum fundit abundanter fru-
 ctus, reliquis est adiumento, & scholam
 complent hilaritate. Hic vir prestantis-
 simus nactus eruditum & vigilante pre-
 ceptorem, commentationibus interfuit,
 libros de manibus non deposuit, nullum
 tempus illi ab scriptione, aut lectione,
 aut disputatione vacavit, nemini cessit,
 multis equalibus laudem literarum pre-
 cepit: eum locum honorificum apud pre-
 ceptorem inuenit, qui acri ingenio, labo-

3
Conglou.4
A simili1
A causa
cienti.2
Dissolutio
conuenit

ri assiduo, summaeq; virtuti deberetur,
 qua diligētia perfecit, vt destitutus ope,
 fretus studio, confisus iudicium religio-
 ne, & integritate in collegium liberaliū
 artium cooptatus, in honorum renuntia-
 tionibus inter primos nominaretur: &
 Paulo post creatus collega theologus, (di-
 ctu in credibile est) hastam philosophi-
 e & theologiē nervis amentatam, quan-
 tis viribus & lacertis ingenij & studij
 contorsit.

Alia laudatio ab ingenio.

Vbi dirigimus multa in virtutem inge-
 nij & studij.

Is qui ad magnarum artium gloriam
 aspirant tria inesse arbitror oportere,
 ingenium, studium, premium propo-
 situm. Sed quis hoc viro fuit ingeniosior?
 is à teneris unguiculis docilitatis signa
 aedit

dedit expressa, grammaticæ præcepta
 celeriter percucurrit, maioribus natu,
 & doctoribus se æquavit, magistris ho-
 nori, & allevamento fuit, dum eorum lo-
 co eam artem, quod raro accidit, suis
 equalibus applaudentibus, profiteretur.
 excessit ex his opportune dimissus in
 dialecticis, vigilante præceptore quem
 condiscipulum non vicit? quem magi-
 gister chariorem habuit? quem publicis
 concertationibus toties præfecit: quem
 præter hunc suis auditoribus ante po-
 suit? hic commentationem traditam
 & repetitã totidẽ fere verbis reddebat,
 quod erat difficile, pro poste magistrum
 rogabat, in Gymnasio discipulus, foris
 præceptor, stipatus iuvenibus, eadẽ ipsa
 recolebat, aliorũ studia liberaliter iuva-
 bat: sicut facti ingenij periculo (vt in mo-
 repositũ est huius Academię) ex viginti qua-
 tuor

DE RHETORICA.

diu
incūstā

tuor iuuenibus ingenio, & industria pre
ditis, quartus collega dialecticus, & per
acto quadrienio, primus in honorum re-
nuntiatione inter centum eruditos iue-
nes renunciaretur.

Interrogatione & dissolutione ornatur.

Ab studio. Ex lege Manilia
laudatio.

fectis.

rog.

SED quæ oratio par huius viri studio
poterit inueniri? hoc enim accepto be-
neficio, quem lapidem non mouit? qui
virum doctum non conuenit? quæ scri-
pta non euoluit? quæ concertatio publi-
ca, illum non exercuit? quod negotium
oppugnandi, aut refellendi nõ suscepit?
quæ questionaturæ non discussa? quæ res
in philosophia, & theologia grauis non
tractata? quæ laus illi non tributa? qui
plan

laus
dysp
Mag
genti
re, no
eris
in A
alius
prore
uener
ria te
maio
alijs
A C
to
rbe,

clausus illi nō datus? eo enim iam in stu-
 dijs philosophiæ, processerat, ut non tam ¹ Patia.
 Magistri doctrina, quam privata dili-
 gentia: non tam auditione, quam lectio- ² Ab effect
 ne, non tam in scholis, quam domi in ^{compara}
 teris proficeret. Sæpius cum aduersarijs
 in Academiae celebritate conflexit, quã
 alius in angulis decertauit: plures scri-
 ptores per legit, quã ad aliorũ aures per-
 uenerũt: plures locos Aristotelis memo-
 ria tenuit, quã alij legerũt: crebrius de
 maioribus natũ triumphum egit, quam
 alij cum equalibus dimicarunt.

Alia laudatio, ab studio.

Ex lege Manil.

Accessit iam illud tempus, quo per ac-
 to quadrienio, aut confecto studiorũ
 mbe, ingenij & studij ratio erat reddenda

da, & premio publico pro dignitate eius
 compensanda. Sed quid aut illo dignū,
 aut cuiq; nouum, aut vobis in auditum
 potest afferri? conſederunt ὀ iudices, do-
 ctissimi viri, excunētis disciplinarum or-
 dinibus ad id munus præſtandum dele-
 cti, & attentius quæ erant rogatū
 præmeditati, obſcuriſſima quæq; requi-
 runt, reſpondenti inſtant, acrius vrgent,
 caliginem obducere, & ex conceſſis, ad
 abſurda & pugnantia compellere eum,
 detrudereq; contendunt: Sed noſter An-
 tonius accurate ꝑfleōit ingenium, hæc
 concedit, illa negat, alia perite diſtin-
 guit, iſdem veſtigijs inſiſtens, in ſenti-
 tia permanet, eam veram, ſtabilem, ra-
 tioni Ariſt. aut iuris peritisq; cōſentanti-
 ex eorūq; fontibus hauſtā oſtēdit: lauda-
 tur ingenium, celebratur ſtudium, extolli-
 tur doctrina, & iudicium atq; Acade-

lium
 uſtat.

luto in
 metis.

ſſetis

nie consensu eius labores primis hono-
ribus mitigati conquiescunt,

A medicina, iuris prudentia, aut
theologia laudatio.

Ediam temporis ratio postulat, ut ad
summa veniamus studia theologiae
aut iurisprudentiae, ad quae hic vir eo maio-
rem operam, & diligentiam adhibuit:
quo ipse erat literis¹ prouectior, res ad in-
telligendum obscurior, disputatione gra-
uior, fructu vberior, cognitione illu-
strior: in qua sapientissimus quisque solet
conescere, & hic vir debebat, quasi vi-
tae suae tabernaculum collocare, ubi non di-
cam ab eo, studio disciplinarum vinci
Pythagoram, aut Platonem, qui flagran-
tes veri videndi cupiditate, remotissimas
terras peragrauerunt: non Archimedem, qui
adducto oblectatione metis, Syracusas à
Marcello captas & pene direptas non sensit

¹
Distribuit
singulis.

²
Ab effect
compasat

³
Distributi
coniuncti
Fmibus.

non

non Democritum qui sibi oculos eruisse dicitur, ne aspectu oculorum, voluptas mentis intermitteretur: tamen tam diligenter literis studuisse dicam, ut summo- rum magistrorum aſſetator eſſet aſſiduus, illiſq; impenſe placeret, quod non currere ſed euolare palmaſq; iam accipere videretur: cū ſui aequales vix eſſent ex carceribus egreſſi. Jſ enim in theologi- cis ſtudijs diu otium conſumpſit, libris ſe inuoluit, fontes vidit, riuulos deſpe- xit, multos ſcriptores perlegit, rationū momenta contulit: quod probabilis, quod verius, quod cum ſcriptura, cū concilijs, cum ſanctis magis eſſet coniu- ctum arripuit, in comentarios retulit, memorię mandauit, de ſingulis viros do- tiſſimos conſuluit: & niſi argumento- rum pondere adduceretur, nunquam fere ab eorum ſententia declinauit: vigi-

cum Ypo
te, cū Ge
o, cū Pau
Aegineta.

cum legi
cum ſena
conſultus
n principū
ouſſis.

medicos,
iuris peri-
poſſunt ac
nodari.

effectis.

la, vte
litudo
nitibu
uid cu
ma re
bat. I
x vmb
m inſi

A

Vi
Stili
o vehe
o doct
itebat
uſper
us? a
uit? gr
llaces

lia

ia, utebatur, pro somno: studio, pro otio:
 litudine, pro frequentia: libris, pro co-
 nitibus, tempusq; omne, nisi esset ali-
 quid cum doctis comunicandum, in attēs-
 ma rerum magnarum cogitatione po-
 cebat. Fructum cepit huius laboris, cum
 x umbratili pugna in solem & pulue-
 m instituit prodire.

Alia laudatio ab ingenio,
 & literis.

Vis enim eo fuit in disputando sub-
 stitior? in instando? acrior? in premē-
 o vehementior? in conuincendo aduersa
 o doctiore? & callidior? aut quis id, in quo
 itebatur eius opinio circumspexit attē-
 us? percalluit acrius? probauit nervo-
 ses? aut quis munus respondendi susti-
 nit? grauius? doctis satisfecit plenius?
 Illaces argumētationes detexit cele-

2
 Abijsque
 suis comp
 ratis. 2

3
 ab effectis a
 paratis.

rius? declinavit, infregit facilius? Is
 enim definiens, partiens, apta q; ratioci-
 natione concludens, acute consequentia
 vidit, repugnantia reiecit, locum semel
 occupatum immotus tenuit, nunquam de-
 seruit, inuictus seruauit. Sileo quae de
¹summo bono, de humana felicitate, de
 habitibus, de actionibus, de officio, de
 peccato subtiliter, & erudite disseruit,
²ubi opposita argumenta diluit, omnem
 scrupulum exemit, doctis sententia pro-
 bavit: cum nihil in disputatione gratie,
 nihil in definitione peccati, nihil in notio-
 ne virtutis, & felicitatis praetermiserit:
 quod amplitudini loci, rerum dignitati,
 differentis ingenio, doctorum iudicio, &
 acri intelligentiae deberetur. ³Sileo, quae
 attente perlectis doctissimis scriptori-
 bus, de prouidentia, de praedestinatione,
 de sanctissima Trinitate, de Dei scien-

ad iunctis
 a que.

2
 effectis.

3
 a reu.

3
 a que.

ia inf
 ut us:
 credib
 sension
 uerem
 lectus
 praede
 mium
 tam ob
 deris,
 esse po
 piofa,
 Si in m
 ris in
 iure
 Am
 Hic v
 messa
 res, a
 dit al
 tia

ia infinita & immensa diuinitus est lo-
 cutus: vbi magna celeritate ingenij, in-
 credibili rerum copia & literatorum af-
 fensione, docuit, quibus notionibus cōsti-
 tuerentur diuine persone, actione intel-
 lectus diuini homines ad vitam beatam
 predestinari: ante merita præuisa, præ-
 mium illis æternum decerni: vt in rebus
 tam obscuris, in quæstionibus tanti pon-
 deris, in mysterijs tã abditis, quantum
 esse potest, acie humane mentis grauis, co-
 piofa, erudita videretur disputatio.

Si in medicina morbos, medicamenta rerule-
 ris in iurisprudētia: si delegatis, de pacto de
 iure nature & ciuili dixeris tātūdē efficies.

A moribus laudatio. Ex orat. in

Catil. 2. & pro Cæl.

Hic vir⁴ non scorta, nō conuiuia, non cō-
 messationes quæ sunt, nō vt alij adolescē-
 tes, ad nature blādimēta diuertit nō de-
 dit aliquid etati, sed à voluptatibus cor-

DE RHETORICA

poris, veluti à peste teterrima refugit,
 omnemq; vitæ cursum in labore corporis
 & animi contentione confecit, ad viros
 graues, & probitatis studiosos assidue se
 contulit, eorumq; sermonibus quotidia-
 nis, & familiaribus delectabatur. Si
 erat in collegio aliquis vita aliquantoli-
 berior, huius orationem acerbam perti-
 mescebat: si oriebatur aliqua rixa, bicle-
 nitate placabat: si qui erant desidiosii, il-
 lis stimulos admonebat: nihil erat abie-
 ctum, sordidum, turpe, quod non repre-
 henderet: nihil excelsum, officiosum, ho-
 nestum, quod sermone, exemplo, vitæ
 probitate non confirmaret: Nemo erat
 in collegio qui, hunc ut custodē virtutis,
 magistrum officij, literarumq; amanti-
 simum non coleret, non veneraretur.

fectis.

circum-

lobatis

A moribus.

Ex

E X h
 vid
 cui, fa
 e, Am
 gos d
 on soli
 mni
 Nam
 n flagi
 et lud
 amore
 opia, i
 potest
 linere
 redi, e
 in dim
 lect ex
 Requ
 Eg

E X his, quæ ipse præclare gessit & ego
 vidi, & crassa Minerva commemo-
 rui, facile est viro intelligenti conijce-
 re, Antonium nostrum (ut viros theo-
 gos decet) caste, integreque vixisse, &
 non solum à delitijs, & flagitio, sed ab
 omni turpitudinis suspitione vacasse.
 Nam cuius est adolescētia liberior, &
 in flagitia se ingurgitat, aut animum ha-
 bet ludo, coniuuijs & libidini deditum,
 amore, desiderio, cupiditate, sepe nimia
 opia, inopia etiā nōnūquā impeditū, nō
 potest actionem vigilyz elaboratam su-
 binere, honorifice cum aduersarijs con-
 tendi, & applaudentibus doctis glorio-
 sè in dimicatione versari.

A repugnans
 tibus.

Celest exornatio iuris prudentiæ, medicinæ.
 Requirit ex communi loco medicinæ.

Egressio, re iam probata.

DE RHETORICA.

ematio.

O Celeritatem ingenij pene diuinam, oflagrantissimum studium, o virilam dem immortalitate dignissimam: quem non inopia, non solitudo, non amicorum paucitas, non insidia, non minę, nō cuiusquam iniuria ab instituto cursu reuocauit, nec à contentione rerum magnarum deterruit. ¹ Quos ille labores non suscipit? quas difficultates non exorbuat? que pericula non subiuit? quando animū demissit? cui aduersę fortune succubuit? quando victor non euasit? quis eruditus illi non assensit? ² Hęc est solida laus que nixa in honestis laboribus, in exilenti virtute, fundit vberimos fructus: hęc maxima gloria, que ex ³ amicis, & inimicis, ex suis, & ex alienis, ex doctores & auditoribus profecta nulla diuturnitate deleri, nulla obliuione obrui, nulla iniuria tēporū, aut maleuolo

errogatio

2
ad iunctis
accitūstas.

3
etia contra
a.

ū fraude poterit obscurari. Huius integerrimos mores, iuuenes laudis appetētes debēt effingere, eius studia si volūt esse & haberi sapiētes, exprimere, eius vitæ cursum tam plenū laboris, plenum dignitatis, quantum in ipsis fuerit imitari: si cupiunt laudē adipisci, præmijs decorari, & memoriam sui nominis sempiternam relinquere.

Ex comparatione.

Alios viros vidimus res arcanas acie mentis aspicere, subtiliter disputare aduersarium urgere alios: legisse multa, rerum summam, & arcē quæstionū habere in præoptu, laqueos caute declinare: sed qui maximis obijciēdi, & respōdēdi præsidijs esset instructus, omnib⁹ numeris explet⁹, qui omniū ad se ora cōuertet, neq; vidimus, neq; audiui⁹, neq; in alia rep. vnquā floruisse cognouimus.

DE RHETORICA.

De genere laudatio aliquid diximus, nunc dicamus, de genere iudiciali, in quo plane versantur orationes habitę in petitione cathedrę aut collegij, nam ibi re vera, qui adsunt, decernunt de re pręterita. Vtrũ ius sit illum pręfici cathedrę: idest vtrum talia ornamenta illa sint, quibus positus honor debet mandari sicut si vera sunt quę fecisse Verres dicitur, Consequitur tamen damnatio, quę res est futura & non impedit genus iudiciale, vt diximus.

Exordium in petitione Cathedrę,
eius qui putat, honestissimam esse petitionem suam, & aduersarios parum idoneos.

SI qui cathedram aut hos honores sunt petaturi, vires ingenij periclitarentur attentius, & consilium eius, qui hanc Academiam sapienter condidit, ab omni perturbatione vacui, æqua lance ponderarent, non dubito quin ipsi melius suo honori consulerent, & alijs studijs delati, laboriosis & literatis hominibus

partes

artes erudiendi iuuentutem relinque-
 rent. nam cum is qui hanc scholam, feli-
 citibus auspicijs fundatam non solum ma-
 gnis opibus, sed bonis legibus ac assiduis
 exercitationibus, tanquã sepimentis ac
 mœnibus vallatã munivit, ad utilitatem
 publicam, suam cogitationem retulerit:
 ut floreat litera, exterminetur ignora-
 tio, splendesca virtus: illos plane vo-
 luit instituendis adolescentibus præfici,
 qui ingenio, studio, literis, possēt huic mu-
 neri satisfacere, & publice ac privatim
 expressa dedissent documenta virtutū.
 Sed plane dolendum est, esse nō paucos,
 qui amicorum copia, & potentia potius
 quam ornamenti ingenij, aut cause equi-
 tate confisi, viris doctis negotium vehe-
 menter faceffunt (& quod luctuosius
 est) perturbata rep. officium omne & le-
 ges Academia peruertunt. At vero vna

Ab odio a.
 necessarios

DE RHETORICA

res est desertis, & oppugnatis hominibus, solatio, & adiumento maximo, vos ² patres lumina huius reip. literatorum subsidia, sapientie magnos antistites, tanquam spectatores, & iustitie vindices esse constitutos: qui sepe ingeniorum nostrorum fecistis periculum, & consilium iuuenibus deligendi magistrum estu daturi: & potestis nunc utilitati publice providere, & dexteram mihi iacenti porrigere. Quamobrem dum ea, que mecum faciunt expono, et memoriam vestram narratione rerum preteritarum renouo queso diligenter attendite.

Exordium hominis mediocriter eruditi, respondentis exordio primo.

Homines hi, Rector huius Academię patres doctissimi, qui de rebus suis loquuntur magnifice, & se abundare putant ornamentis ingenij, non tam debe-

2
ijlquid
ut.

4
oci'es & at
entos.

Benevolentia

5
Ab octo ad
uersarij.

rent

vent, sapientium reprehensione, quã suorum studiorum cogitatione letari. Nam si haberetur oratio, apud eos, quibus non essemus, aut qui ob tarditatẽ ingenij, vel exiguũ literarũ vsum, non possẽt unũ ab altero distinguere, esset integrũ quibusdam illorum ignoratione, & patientia abuti, & ingenia sua, labores, confidentius, & mendosius predicare: at vero cũ adsint viri in disciplinis nobilissimi, propugnatores veritatis, splendidissima, totius Hispaniẽ lumina, quib⁹, quid quid nos literis & ingenio possumus, cognitũ, & exploratũ est: & q̃ nostra, in posterũ pollicentur ingenia, fideliter, & sancte iuuenibus declarabũt: frustra nimius labor in exaggerãdis virtutibus, suscipitur, & arrogãtius honor, à quibusdã sibi vëdicatur: nõ enim illi, qui se insolenti⁹ iactãt, & conãtur magnificis verbis vestram

ab his sunt.

DE RHETORICA.

uestram beneuolentiam aucupari, tam
 spectati, & cogniti, in literis sunt, quam
 ipsi opinantur: neq; fecerunt in Acade-
 mia tantos clamores, quantos illi com-
 memorant: neq; nos, quos ipsi despiciunt,
 iacuimus in obliuione, cum iudicio, non
 vulgi, quod frequentius errat, sed eru-
 ditorum, qui disciplinarum momēta sub-
 tiliter pōderant, parem illius laudi, aut
 maiorem siuus gloriam consecuti.

Si vero ad inopiam, qua omnes vin-
 cimus, & ad rationem docendi, perspi-
 cuam, breuem, limatam, & ad alia, qua
 in hac petitione, in primis spectāda sunt,
 oculos velitis conuertere, nō dubito quin
 consulentes publica utilitati, simul etiā
 meam causam approbetis.

Exordium, in petitione cathedre
 hominis modesti & docti.

Pudor

Pudor sane subrusticus, insitusque
 natura, Rector huius Academiae,
 patres doctissimi, eam mihi tacendi de
 rebus legem indixit, ut nisi vobis
 iudicantibus, dicerem, qui iudices fuistis
 cecerrimi, idemque mearum lucubrationum
 laudatores amplissimi, non auderem in hac
 difficili, & periculosa contentione, ab
 eiusmodi rebus causam ordiri. Nihil
 enim viris ornatis, accidere posse tur-
 pius existimo, quam in tanta Academia
 celebritate, ubi modestia, ingenij, eru-
 ditionisque fructus plene percipiendus est:
 liquem ita proijci: ut alijs veram lau-
 dem temere detrahat, sibi vero falso eam
 affingat. At vero cum mihi in ani-
 mo sit, nihil in praesentia referre, quod
 loco, tempori, personae, & ipsi veritati
 non consentiat, nihil quod viris sapienti-
 bus, & incorrupte iudicantibus, non
 probetur

Benevol
 cit a mo
 stia sua.

A iudici

Ab aliorum
 odio.

DE RHETORICA.

probetur: & eos oporteat, qui suffragia
 laturi sunt, de quibusdam rebus docere
 ut præceptoris delectus haberi possit con-
 sultius: institui meos labores neq; lon-
 ga, nec molesta oratione persequi, & me-
 moriam vestram, commemorato studio-
 rum de cursu, reficere.

osio.

Oratio integra Viri docti qui cum
 cathedram theologiæ, iurisprudentiæ, aut
 medicinæ, moderatus sit, peracto quadrien-
 nio oppugnatur, vel qui aliter aduersis re-
 bus iactatus est. Si detrahas pauca.

Cum sensu dicat.

admittis
 e circum-
 ut, talis
 iactura ho-
 ris & rei
 miliaris.

Cum hunc gravem casum, miseramq; for-
 tunam viderem Rector huius Acade-
 miæ, Patres doctissimi, acerba sane con-
 tatio, me pupugit & laceravit: nam cum con-
 sidero honorem, ut præmiū literatis esse pro-
 positum, meq; in iuuenibus studiosis, non sine
 fructu (ut fertur) in hac schola diuinius
 elaborasse: nunc vero ut indoctum, aut igna-

2
 misericor-
 am mouet.

in discrimē dignitatis adduci, doleo
 ut dolendū est, & me vestra fide, & bo-
 norū virorū cōsolatione, sustento. ³ quid
 nim obsecro miserius viro intelligenti
 est, aut esse potest, quā de re, de vita, de
 fama periclitari? quid luctuosius, quam
 quod tēpus plenissimū trāquillitatis fore
 videbatur, in eo, turbulētissimas tēpesta-
 tes existere? quid iniustius, quā homini
 sincero, exercitato, munus suū diligēter
 obeūti, insidias collocari? senectuti peri-
 culū fallacius intēdi? quod robur animi,
 quae cōstātia, hūc impetū sustinebit? quis
 tot malis pressus nō cōcidet? Sed velim
 audire, quid ansam nōnullis dederit, ut
 me capite & fortunis oppugnēt. An me
 cōtēptū putēt? at ⁴ Academia me collegā
 Theologum fecit, etiā Diui Illesonsi, dia-
 lecticę, & philosophię docēdę pręposuit.
 Per omnes honorū gradus, ad hęc cathe-
 dre

Interroga

Subiectia

DE RHETORICA.

dre dignitatem extulit. An obtento hoc honore, meo muneri defui? at plausum maximum mihi dedit Academia, assidua literatorum frequentia, meum Gymnasium celebravit. An aliquibus nocuit otium Academiae turbavi? at neminem unquam laesi, neminem verbo violavi, à negotio, à maledicto semper abstinui.

De alijs nolo quidpiam dicere, ne à veteri more desciscam. An opibus abundo, quæ sint mihi in his erumnis alleuamento? at in magnum æs alienum incidi, & meam inopiam ex aliorum angustijs sustento. Quamobrem ne patiamini hominem vestre utilitati, vestræ auctoritati deditum, quem antea honoribus affecistis, nunc ex suo loco misere deturbari, in luctu & erumnis iacere, ne vestra causa is in alias regiones cogatur immigrare, qui multis profuit, nocuit nemi-

edicto,
tio.

ericor-

publice utilitati pro virili parte
consuluit.

ratio integra, viri docti qui sepe
aduersam fortunam expertus est, in cathe-
dre petitione. Ex prima in Catilinam.

Vousq; tandem abutere mater

Academia patientia nostra? aut

uandiu nos sines in his acerbissimis ma-

is versari? aut quem in finem nos in-

vicorum oppugnabit iniuria? non te no-

trum ingenium? non diurne, & noctur-

ne vigiliae? non comparata doctrina?

non multiplex repulsa in non a fluctu fortu-

ae? non te honoris consensio, desideriaq;

non uerunt? non sentis nos ab honoribus

inque prohibitos de spicatu haberi? non

uicis doctos rebus aduersis urgeri? au-

tes alacres in schola volitare, honori-

bus fungi, alijs minari, de se nihil time-

re?

*Pronuntiatio
sunt haec pa-
latim et c. si
sensu.*

100

DE RHETORICA

red non vides officium deserere leges san-
 ctas perumpere fraudes Valere? pecunia
 omnia expugnari? non est luce clarius no-
 stram etatem in literis esse contritam,
 patrimonium exhaustum, collegium no-
 bis in exitu esse, nullumq; alium por-
 tum ostendi? cetus nocturnos haberi, ami-
 citias iniri, collegia, nationes in nos con-
 iurasse, quenquam ignorare arbitrari?
 O tempora misera, o mores Academie
 mutatos. Ab aduentu meo hic annus est
 vndeagesimus, collega fui, aduersario-
 rum ingenia publice tentavi, Responder-
 di etiam munus obiui, summa omnia feci,
 nullam occasionem ostendendi ingenij pre-
 termisi: vobis tamen placere & satisfacere
 nunqua potui. Si vero nunc me ve-
 stris suffragijs afflueritis, q̄ Deus omen
 auertat, quid capiā consilij? quo me mi-
 ser vertā? An in patriā, cui maiores mei
 multos

multos annos praesuerunt? at illa me clauu, & florentem virum hilaris accipiet, si aliter accidat memoria execrabitur: & doctorem habet unde cum honore discesseris, eodem te cum ignominia reuertit. An ad cognatos ibo qui copiosi alibi viuunt, & mihi subsidio fuerunt? at sumtuum, quos in me decerunt, memoria reficabunt: & quot beneficia in me extant, tot vulneribus conficiam. An ad aliam Academiam veniam, quae me lugentem consoletur? at si mater me afflixit, nouerca me recreabit? si notum me conspirant à non cognitis defendam? Sed dicet aliquis, non equum est, ut tantas excites tragedias: Nam aduersarij sunt tibi studio, aut facultate pares, non uigilicet alijs suffragari. Sed dum haec iste comparo quaeso diligenter attendere. Nam illi nunc primum cathedram petunt: ego iam quinquespetiui illi ualent opibus.

DE RHETORICA.

bus, ego premor egestate: eorū doctrina
 nunc inchoata est, mea (ut vos dicitis)
 iam canescit: illi non dum ceperunt iuue-
 nes erudire, ego iam huic labori callum
 obduxi: illis superest tempus quo pos-
 sunt ad cathedram aspirare: mihi nullū
 reliquum videtur, si hac facultas eri-
 pitur. Quam obrem viri iudices ferte
 opem mihi misero, subuenite calamito-
 so, ab amicis relicto, à familiaribus &
 domesticis deserto, ab alienis oppugna-
 to: ut vestra utilitati seruiam, & iacta-
 tus multis tempestatibus, aliquando in
 portu tuto conquiescam.

Exordium hominis modesti, & lite-
 rati, petentis cathedram.

M Allem sane, Rector huius Acade-
 mie, patres doctissimi, agere iu-
 modestia tam priuatam, & eas artes recolare, &
 celebrare

celebrare, ad quas ab adolescentia ani-
 mum semper intendi: quam in hunc lo-
 cum, viris sapientibus stipatum veni-
 re, & me tot iuditijs, & periculorum
 fluctibus opponere. nam cum hi, ² qui in
 hunc locum ascendunt, honorem aliquē
 petituri, soleant sua bona altius extolle-
 re, alienaq; ornamenta deprimere, idq;
 meo ingenio, moribusq; viri theologi
 sit alienissimū, & earū rerū narratio te-
 tetes, & religiosas aures vehemēter of-
 fendat: quas tā cupio voluptate persūde-
 re, quā meę existimationi providere: ad
 lucor sane in angustū varijsq; cogitatio-
 nibus distractus exalbesco, & totis artu-
 bus cōtremisco. Quid enim obsecro, mo-
 stius homini, mentis & cōsiliij cōpati, po-
 tuit accidere, quā laudationē suarū vir-
 tutū, (si quę sunt) oratione consēctari?
 in hac celebritate, maculam aliorum

² Addissim.

DE RHETORICA.

factis aspergere? at vero cum hac, mea
 3 iusta po
 ne. ³petitio viris sapientissimis approbetur,
 qui me in hanc sententiam impulerunt,
 & nemo inficiari possit me in literarum
 exercitatione, accuratius esse versatū:
 institui eas molestias deuorare, quæ pe-
 tentibus sunt propositæ, & exposito bre-
 uiter & sine offensione cuiusquam meo-
 rum studiorum decursu, voluntati erudi-
 torū & moribus Academiæ obtēperare.

Exordium hominis modesti petentis cathedram.

11
 uolens &
 entos, &
 uiles facit. **M**erito quidē Reſtor huius Acade-
 miæ, patres doctissimi, Athenien-
 sum² resp. apud omnes nationes cultas
 humanitate, summis laudibus extolli-
 tur, quæ optimis legibus tēperata, partes
 utendi proœmijs, & epilogis, in Areo-
 pagila

11
 ist. i. rbe.
 cap. i.

2
 ad inntis
 g circūstū

agita
 inarra
 uuda
 reliqu
 ritus e
 licent
 aut od
 infle
 tenebr
 mia n
 ciplin
 tates
 diuta
 giū de
 peccat
 sanct
 stea c
 testia
 lauda
 stis, a

agitarum conuentu dicentibus ademit,
 inarrandi vero, & confirmãdi causam
 nudam, & quasi veste detracta, locum
 reliquit. Nã re vera, si orator dicendi pe
 ritus est & iniquus rerũ estimator, data
 licentia, animos permouendi ad metum
 aut odiũ, iudices, tanquã virgã plũbeã
 inflectet, & rebus perspicuis periculose
 tenebras densas offundet. Sic in⁴ Acade
 mia nostra vnde modestia, religio & dis
 ciplinarũ perfectio, in remotissimas cui
 tates manauit: si inueterasceret vsu
 diuturno, vt vniuersi iuuenes, suffra
 giũ de his cathedris laturo, expiarẽtur à
 peccatis, & viros doctissimos custodes
 sanctarũ legũ, propugnatores iustitię, po
 stea cõsulerent: cãdidati liberarẽtur mo
 lestia & sumptu incredibili, & hic mos
 laudãdi se, vituperãdi alios qui in starpe
 stis, aut portẽti, in animis hominũ insedit
 N 4 gloriose

Beneuol
cit.3
A insti
ficio4
Ab Aca
mia lau5
A docto

DE RHETORICA.

gloriose ex Academia tolleretur. Sed cū
 1 meum non sit leges condere, & scholæ
 consuetudinem diuturnam privata au-
 thoritate commutare: his supersedebo,
 2 & meæ causæ præsidia cum eruditorū
 studijs coniuncta, qui me ad hunc hono-
 rem petendum adhortati sunt breuiter
 3 & 3 modeste commemorabo.

Exordium hominis officiosi, docti,
 & afflicti cathedram petentis.
 Ex Dem. pro Coro.

4 **Q**ue precatus saepe sum, Rector huius
 Academia, patres doctissimi, dū hoc
 certamen mecum tacitus cogitarem, ea-
 dem nunc 4 precor à summo & prepoten-
 ti Deo, ut quod ego officium, & beneuo-
 lentiā vobis rei q; pub. præstiti, eandem
 mihi nunc laboranti præstet schola: ut
 impendens periculum à me propulsem,

modestia

iles &

3
 ius facit
 ositio.

uolos fa

4
 ius of

o

Sed cū
 cholē
 a au-
 debo,
 itoriū
 hono-
 uiter
 oti,
 uis
 hoc
 ca-
 poten-
 meo
 dem
 ut
 em,
 &

Quod è repub. literaria sit futurum,
 ex hac contentione in ipsam proficisca-
 tur. Nam si ego seruiui commodis Aca-
 demia, & nullum tempus prætermitt-
 endum putauī, in quo possem alijs pro-
 deſe, & ſapientiſſimis uiris gratum fa-
 cere: conſentaneum rationi eſt, & dece-
 re veſtram autoritatem. Videtur meam
 cauſam diligenter ſuſcipere, & nō pati
 hominem uobis deditiſſimum, literis ex-
 cultum, patrimonio conſumpto, de glo-
 ria multis lucubrationibus parta, miſe-
 re deturbari. Cum uero in uobis patres,
 eſideat poteſtas tuenda publica digni-
 tatis, & præferendi lumen mentibus ſuf-
 ragatorū, in his cecis Academia turbu-
 ribus: ad percurrenda collegia in qui-
 bus ſui honores mihi delatos, que ſunt
 eꝝ cauſa præſidia, & uobis notiffima
 ſe arbitror, ſtudiū & orationē cōuertā.

5 mi
 Spargit
 uicardie
 mina.

6
 Propoſitio. rſſo

6
 Du. ſles.

7
 Si attentos

DE RHETORICA.

Exordium adolescentis ingeniosi,
& eruditi petentis collegium.

1
evol. fa.

2
odto ad.
sarij.

3
solitudine
iustitia sua

4
iudicium
tude quam
um sua cau
a coniungit.

ET si nonnulli opibus, & amicorum
potentia, potius quam literis &
sua diligentia confisi, hanc dignitatem
collegij a vobis conantur impetrare, qui
homines graues sollicitant, & literis co-
mendatitijs, ac negotiorum procellis,
otium Academiae perturbat: ego tamē
qui sine re, sine patria, sine gratia adhuc
honorem petendū accessi, fretus aliquan-
tulum vigilijs & laboribus meis, in iu-
stitia vestra, quae inopes, & literatos
sustentat, meam omnem spem firmiter
fixi, & locavi. Nam si vos estis custo-
des legum, vindices equitatis, quibus bo-
nor, & accessio huius Academiae committi-
tur, ratio postulat, ut hi, qui in studio li-
terarum putantur elaborasse, & studet

præmia

premi
iustiti
Qua
bus hi
vestri
quid s
res, qu
quæ m
intelli
rabo.

Exorc
P
Q
pa
ornam
reddu
tur pe
esse: n
ingeni

premia literis proposita consequi, vestre
 iustitia, & exquisita sapiëntia confidat.
 Quam obrem contemptis aliorum sucis, qui
 bus hic nullus locus relinquitur, speq; in
 vestris animis, & meis studijs posita,
 quid senserint de ingenio meo precepto-
 res, quæ literarum documenta dederim, ⁵ *Avenio*
 quæ mihi onera fuerint imposita, ut rem ⁵ *dociles.*
 intelligere possitis, breuiter commemo- ⁵ *Proposita*
 rabo.

Exordium adolescentis nobilis ino-
 pia oppressi, in petitione collegij.

Quamquam, Rector huius Academię,
 patres grauissimi, alij adolescentes
 ornamentis instructi, rationem copiose
 reddunt suę petitionis, et vobis conan-
 tur persuadere, suam causam iustissimam
 esse: nullus tamen est (quantum possum
 ingenio consequi) qui meam petitionem
 equitate

equitate vincat, & maioribus rationis
 effectis paratis. momentis, quam ego, ad hoc periculum
 subeundum, hoc anno, fuerit impulsus.
 2
 causa effi- Nam cum his parentibus natus sim,
 ti. qui quondam florentes & copiosi, pro-
 pter nobilitatem, ex longissimis tempo-
 ribus inchoatam, & virtutem, qua lu-
 cet etiam in tenebris, tractauerunt diu
 gubernacula nostrae Reip. & omni gene-
 re laudis, & honoris praestiterunt: Nunc
 vero temporum vicissitudine, & fortu-
 na temeritate, quae bonis saepe insensa
 3
 in amisi- fuit, utroque parente extincto, & reten-
 dia. to splendore nobilitatis, ego & fratres
 mei, qui multi & paruuli sunt, rem se-
 re omnem amisimus, quibus vulneribus
 ut aliqua ex parte possem mederi, ex li-
 4
 officio- teris praesidium petendum putavi. Quae
 denti. obrem angustia rei familiaris, & studio
 tuendi maiorum dignitatem adductus

& gra
 inae lin
 d hanc
 um ar
 ua mu
 na fid

Exordi

Va
 Q hui
 habet en
 & nihil
 utilitas
 quod al
 gentes f
 iatua,
 em ab
 iat, &

Et grammaticis præceptoribus, vsuq; Latine lingue non vulgariter institutus, ad hanc Academiam, mercatum optima-
 um artium, & ad vestram clemētiam
 ua multi adiuti, subleuatiq; sunt ma-
 na fiducia me contuli.

A iudicib;
 Beneuolen-
 caprat.

Exordium adolescentis modesti pe-
 tentis collegium.

Vanquam animū meum, Rector
 huius Academię, patres grauissimi,
 hactenus ad literas accuratius intendi,
 & nihil vnquam prætermisi, ex quo
 utilitas aliqua percipi posse videretur,
 quod alijs animos ad petendum solet in-
 tentes facere: tamen iustitia, & clemen-
 tia tua, Rector huius Academiae me ino-
 rem ab amicis, & pene iacentem exus-
 cit, & huius contentionis felicem sa-
 ne

Beneuolos Pa-
 tris à iustitia
 rectoris

ne exitum pollicetur. Nam si constanti
 praestantium virorum sermone percrebuit
 te à iustitiæ legibus, ne latum quidem di-
 gitum unquam deflectere, neq; ullis nego-
 tiorum momentis, ab officio seueri magi-
 stratus deduci: sed unicum studiosorum
 persugium, miserorum patronum, por-
 tum, ad quem iactati aduersæ fortune
 fluctibus, se solent turò recipere: equum
 est ut sperem, te mihi obnixè opem esse
 laturum, si in literis (ut fertur) non parum
 profeci, & signa dedi eruditionis futu-
 re: de quibus ut certius possis conijcere,
 breui antea te vitæ cursum enarrabo.

1 studioso
 2 ciles.

De usu laudationis, & exordij in iu-
 diciali diximus. Nunc de usu narrationis &
 confirmationis dicemus.

Narratio adolescentis petentis col-
 legium Dialecticæ, aut alterius disciplinae.
 Te excute, & vide, quæ narratio tibi, & cui
 exordie conueniat.

A Parente meo, viro diligenti, probo
 & seверо, ad præceptorem gramma
 ce, illius vicinitatis doctissimum de
 ductus accurate literis studui, meam di
 gentiam doctis hominibus probavi, &
 (vt vulgò ferebatur) non equalibus,
 modo sed maioribus natu, studio, & co
 mitione illius artis antecellui.⁴ Annis
 vero duobus circiter interpositis, ma
 gister, qui me vnice diligebat, ingenio
 meo, vel (vt ego interpretor) beneficio
 suo adductus, me publice, & magnifice,
 frequenter laudauit & absens, vel tēta
 us valetudine, alijs cōdiscipulis prepo
 nit, & in publicis cōmentationib⁹, vica
 riū suū diligētē reliquit. imbut⁹ vero stu
 dijs latine lingue vt audistis, amore edi
 cēdi sapientiā, sine qua anim⁹ vix cōquie
 rit, in hāc¹ Academiā literatissimis viris
 ornata me cōtuli vbi vsus præceptore
 sapiente

3
 Breuis qui
 cipit & ro.

Verisimilis
 quia confes
 sit reperitur
 & personis

Dilucida
 quia sequitur
 ordinem re
 rum & vici
 si. li.

DE RHETORICA

sapiente, & sancto, dialectice totum me tradidi, & recolendo commentationes iussu magistri, condiscipulos quantum in me fuit semper adiuvī, et quod facere solent eruditi publicis concertationibus, ut vos probe meministis, cū aliqua laude sustinui.

Narratio viri docti, petentis maximum collegium, aut cathedram philosophiæ, & Dialecticæ.

²
 i. similis
 fa. consen
 a loco. &
 s. soni.

ERuditus cognitione latine lingue, à doctissimo viro in ea urbe, quæ semper floruit studijs humanitatis, in hanc Academiam veni, nactusq; præceptorem in primis doctum, vigilante me & gravē, ad dialecticam animum diligenter adiunxi. Reddita illo anno ratione laboris mei publice, (ut solet in Academia) factus collega dialecticus, sine alicu-

quis quia
 tummatim
 exercita.

sus patrocinio: & quadriennio peractis,
 in honorum renunciationibus (vulgus
 licentias vocat) primus declaratus, in-
 ter centum & triginta literatissimos iu-
 uenes, satis, vt arbitror, docui, quo inge-
 nio sim, & quid operæ in studio philoso-
 phiæ posuerim. Cooptatus deinde in col-
 legium theologorum, vbi acuntur in-
 genia, & ad vinum ressecantur singula,
 quid egerim, quam existimationem ha-
 babuerim, nolo ego dicere, testetur mei
 collega, qui sciunt me nunquam oculos
 à literis deiecisse, & mirabili consensio-
 ne negotium decidendi de questionibus
 difficillimis mihi sæpe dederunt. Respon-
 deant pro me discipuli doctorum, qui a
 me instituti, & vt illi palam dictitât, alio-
 rum industriam nunquã desiderarunt.
 In publicis concertationibus, dum obijce-
 rum, aut responderem, quantam erudi-

I
 Verissimi
 loco.

Et a perfo

DE RHETORICA.

ida
 ebasun
 a & pe
 rones.

 tionis & ingenij expectationē cōmou-
 rim Academia vidit, me non decet com-
 memorare: quae me fere per omnes hono-
 rum gradus, ad summum collegium de-
 duxit, & quid ex me in posterum ex-
 pectet, re & verbis declarauit.

Alia narratio viri docti, petētis col-
 legium aut cathedram in schola aliena.

similis
 consensit
 & perso

Parentibus natus sum honestis, & co-
 piosis, ut in mea vicinitate satis per-
 vagatum est, ea gravitate, innocētia, &
 liberorum educatione, ut honoribus pu-
 blicis existimentur dignissimi, & cre-
 bro illi, aut cognati, populi consensu,
 praesint nostrae civitati. Imbutus non vul-
 gariter praeceptis grammaticae, & vsti-
 launa linguae, sine qua, ceterae artes vi-
 dentur spinosa, & ieiunae, in dialectica,

& philosophia, Compluti, virum litera-
 rissimum, & acerrimum³ audiui. Is de-
 lectatus rebus grauis, & fructuosus,
 nūquam studium suum, ad res obscuras
 & minime necessarias cōtulit, neq; pas-
 sus est, suos discipulos in his otiiū cōsume-
 re, talē ducem secutus, collegiū liberaliū
 tertium obtinui, & exacto quadrienio,
 honorifico maxime loco designatus magi-
 ster, expēctationi vestre, respōdi, & illis
 prestiti dignitate, qui gratia, & opibus
 me nunc conantur opprimere. De colle-
 gio vero, quod semper habitum est¹ do-
 micilium sapientia, sedes literatorū &
 mihi cōsentiētibus iudicibus, honorifice
 cōtigit: & de existimatione ingenij, &
 de plausu meis disputationib² dato aduer-
 sarij, qui de se loquūtur magnifice (ut
 arbitror) nō poterūt gloriari. Quē admo-
 dū vero alia mihi premia fuerūt pposita

³
 Bilacida
 quia verū
 propria s
 & compo
 sio breuis

¹ Verisimili

DE RHETORICA

Et hoc si a vobis ut liquido constat
 cōsequor, pluris aestimatum res ipsa de
 clarat

Narratio hominis literatissimi, pe
 tentis cathedram aut primarum collegium.

ME latinis literis vberius instructū,
 sine cuiuspiam patrocinio, collegam
 dialecticum creavit Academia. In pu
 blicis renunciationibus (vulgus licen
 tias vocat) iustis & doctis viris consen
 tientibus, mihi non locupleti, non gratio
 so primę delata sunt: qui honor, ut
 illis temporibus, & est maximus, & bo
 nis ingenijs, ac laudis appetentibus so
 let acres stimulos admouere. Aliquan
 to post, huius collegij aditus mihi patuit
 de quo multi presules, & viri doctissi
 mi in excelso gradu dignitatis, collocati
 gloriari solēt. In quo neq; magistri alijs

similis
 congruis
 oribus
 rationis.

occupa

occupationibus disenti, neq; auditores
 officium efflagitantes, aciem ingenij no-
 nostri passi sunt hebescere. ¹ Substitu-
 tus enim in eorum locum philosophiam
 publice docere, fere nunquam intermis-
 si. Quae mea diligētia, qui fieret studio-
 rum cōcursus, qui fructus, ad vestras
 aures arbitror peruenisse. Locus vero
 dandi ingenij, & eruditionis signa, qui
 mihi a Rectore, & consiliarijs praescri-
 ptus est, quam sit ieiunus, & difficilis,
 plerique nostis: sed quo pacto illum lo-
 cupletauerim, quot illi argumenta obie-
 cerim, quod testimonia cum illo prima
 specie, pugnancia potulerim, & qua
 acie ingenij dissoluerim: testetur doctis-
 simi viri, ² qui deditissimi collegij aut
 Academia dignitati, meam causam om-
 ni ope, cōsilioq; iuuerunt, & tulerūt gra-
 uiter me de spe tam certa decidisse.

¹
 & quia
 nem red

²
 Dilucida
 quia ver
 sunt vstra
 & perio
 breues, &
 i nec cur

³
 Breuis quia
 in ea de sp
 quod caus
 conuenit e
 teris prate
 misis.

Narratio viri petentis cathedram
aut collegium freti literatum mediceritate.

Imbutus vsu latina lingua, susceptoq;
in hac Academia studio dialecticę, de
di operam magistro docto, graui, & di-
ligenti, qui studiosis discipulis impense
delectabatur & (vt ille dicebat) in mea
consuetudine, & studijs multum acqvie-
uit. ijs de causis, ab eius latere fere nun-
quam discessi: assidue eius commentatio-
nibus interfui: obscurissima quęq; cum
illo seorsum cōmunicauī: quo beneficio
tantum in literis profeci, quantū eius
industria (quę in docendo erat singula-
ris) mea diligentia, vsus diuturnus, &
non intermissus potuit efficere. Ausus
deinde scientia, & atate, studioq; ad-
piscendi premia literatis proposita, ma-
nuscriptas quęstiones, quę pluris esti-
mabantur attente opinionum fundamē-

is quia
re, eius al
narratio
incipiū.

isimilis
studiosus
discipulus ca
fructum a
ceptore do
& amico.

ta vi
tissim
riam
schol
Qu
mine
re pr
di oc
non
verj
riam
nego
viro.
pare
In ce
be
Cōf
ho
co
E
ia

na vidi, & de singulis ad viros sapien-
tissimos retuli, & silentio vsus, eam glo-
riam alui, quam qui inflati volitant in
scholis, fortassis non sunt adepti.

Quæadmodū vero vitæ egerim sine cri-
mine, sine offensione cuiusquæ, omnes fe-
re probe nostis: nemini (vt arbitror) de
di occasionē aliquid suspicandi de me q̄
non deceret virum probū, & honestū,
versatū in studio literarū: nemini iniu-
riam intuli, de nullius laude de traxi: à
negotiorū turbine veluti à peste refugi,
viros doctos, & iustos semper colui, & vt
parentes carissimos suscepi & laudavi.

In confirmatione argumentorum loco de-
bent exponi

Cōfirmatio hominis docti summis
honoribus affecti, petentis cathedram, aut
collegium primum.

Ex his effici existimo, è republica futu-
rū, me collegā, aut magistrum eru-

Conferri
sones.

Dilucida
omnia, &
pedra.

dienda inuentutis, aut canonicum crea-
 ri. Nam si natura in me ea ornamenta
 congeffit, quae vos soletis praedicare, si
 ingenium, si memoria stabilis mihi do-
 nata est, si nihil habui antiquius, aut in-
 cundius, quam in libris cogitationem
 defigere, veritatem inuestigare, quis
 de mea iusta petitione poterit dubitare?
 praeterea si praemia, quae eruditissimis
 viris dari solent, in Academia, mihi
 comulatissime data sunt: quis mea cau-
 sa non fauebit? quis utilem reip. non pu-
 tabit? aut quis meis aduersarijs non ob-
 stet? hoc etiam iudices penditote. Si cum
 alienis discipulis dialecticam, & philo-
 sophiam exposui, mea industria, ingenium
 doctrina pleno (quod aiunt) ore lauda-
 batur: hoc honore mihi mandato, cum
 in mea causa verser, cum proprios dis-
 cipulos erudiam, dormiam in vtraque
 aurem

diuinitis
 sunt

fecerit.

diuinitis
 reu-
 talis
 uor, pe-
 que
 nine
 netur.

mori.

iure
 otio
 tra
 sabo
 nem

Con

SE
 ca
 nesti
 colleg
 factu
 nere
 vulg
 cis (v
 ijs, i
 Hos i
 lle v

urem? Et quem laborem in alieno negotio suscepi, in meo, dum agitur animi tranquillitas, fructus, existimatio, recusabo? hoc ergo sit fixum, meam petitionem iustissimam esse.

3
Et a fin

Confirmatio viri docti pungentis
aduersarium.

Sed ut perspicere possitis, quae iustior causa, quae vobis utilior, Academiae honestior sit, breui singula cōparabo. Ego collega dialecticus, discrepante nemine factus sum, aduersario id petenti, obtinere non contigit: meis vigilis laus non vulgaris fuit tributa, eius studia paucis (ut arbitror) nota sunt: ego in licencijs, inter centum & quadraginta doctos iuuenes, quintus renuntiatus sum: ille vix sexagesimus emerfit: mihi da-

4
A dissimulatus aut comparatus, sic prius pro antecedenti, efficitur tertium, videtur, aduersum iaceat esse superiorem. Ornatur paribus.

O 5 datum

datum hoc collegium, illi aditus inter-
 clusus: mihi substitutio vix ullam quie-
 tem impertit, illi vix vnquam hoc onus
 imponitur: meas commentationes iuue-
 nes studiosi frequentant, quæ sit alijs
 discipulorum paucitas, vos videtis: ego
 Orbem actionum confeci, ille nunc facit
 initium: ille multis negotijs est impli-
 catus, mihi meus honor, vestra utilitas,
 Dei cultus tantum est propositus.

Confirmatio Medici qui tenuerat
 honorifice cathedram, primariam.

Quid meum aduersarium impulerit
 ut mecum in hac petitione decer-
 tet, prorsus ignoro. Nam mihi pri-
 ma sectanti, in publica honorum renun-
 ciatione, in secundis licuit consistere: ille
 (ut fertur) ad postremos pene reie-

x
 comparata-
 pro ante-
 denti sum-
 is efficitur
 rtium ut su-
 a.
 maturitem
 ribus.

Etus

Etus
 med
 adm
 diu
 proc
 dicit
 oscu
 mag
 omni
 cum
 de e
 re v
 repr
 mal
 nus
 E
 susc
 C

Etus est : ego annos multos primariam
 medicina cathedram, magno plausu,
 administraui, ille in vna ex minimis
 diutius otium consumpsit : ego ex Hy-
 procatis & Galeni fontibus hausi me-
 dicinam, ille, his relictis, sua inuenta ex-
 osculatur : ego à summis principibus,
 magna mercede, quotidie accersor, ille
 omnino hac molestia liberatur : ego lo-
 cum hunc diu honorifice tenui, ille me
 de eo detrudere, & deturbare conatur.
 re vera iudices, non est ingenij mei, alijs
 reprehensis, mihi laudem querere, sed
 maledictis & iniurijs laceffitus cogor
 nunc rem vobis iudicandam proponere,
 & meas partes, in honoris periculo,
 suscipere.

Confirmatio Viri docti cathe-
 dram petentis.

Exhis

dimittis
nsunt.
fettis.
diuctis
circum-

EX his potestis quæ mea causa sit iudices conijcere. Nam si ingenium mihi non deest, (ut vos dicere soletis) sili-bros de manibus nūquam dimisi, si mul-ti doctissimi viri, in erudiendis suis dis-cipulis, mea opera v³si sunt, cum alijs se in eorum amicitiam conarentur intru-dere: nemo vestrum potest me desere-re, quin se ipsum prodat, & summorum hominum iudicia rescindat. Iam vero ho-norificus licentia gradus, ad cathedram obtinendam: & ut par est, moderandā, cuius sit momenti, omnibus notissimum esse arbitror: quantum vero ego alijs prestiterim, cum in quatuor primos sue-rem ascriptus, testetur Academia, que id iudicavit, & ex memoria illum ordi-nem nondum deposuit. Si vero præter hæc ab alijs collegijs primarijs fui non semel euocatus, si mihi disputati grauis

simus

dimittis
circum-

simus
ctio
pro
re nō
ctori
mibi
natio
st au
dign
R
N
rent
plure
moni
quid
chol
os ne

simus doctorū ordo consentit, si meae
 rationes amplissimis verbis ornauit, si
 prodesse studiosis, & summis viris place
 re nō destiti: locus alicui dubitandi, de vi
 ctoria relinquetur? spes premij certa
 mihi non dabitur? quorundam machi
 nationes fractae non concident? qui par
 est aut superior ingenio, erit inferior
 dignitate?

4
 Abijs qu
 aliquo cu
 ratur 1.
 iura supe
 & inferi

Refutatio hominis, cui obij
 ciuntur diuitiæ

NEque audiendi sunt, qui me putant
 opibus abundare. Nam cum pa
 rentes mei, sint atate prouecti, & illis
 plures filij liberaliter educati, & patri
 monia municipij nostri ampla non sint,
 quid reliquum potest esse ei, qui in hac
 schola tueri suā dignitatem annos mul
 tos non intermisit? qui in libris gran
 dem

DE RHETORICA.

dem pecuniam collocavit? qui in petitione collegij, & cathedrae (ut fieri lolet) maximos sumptus suscepit?

Argumentatio, patrimonium est tenue, fratres multi, adiuncta sunt, quae circumstant: sumptus feci, effecta, complexio, ergo opibus non abundo.

Refutatio copiosi & docti.

○ *Bijciuntur mihi diuitiae. Sed quid magnum illi esse potest, qui ampla familia uti debet in Academia? multis ad ministris? magnifico apparatu? qui splendorem suae gentis debet sustinere, & plurimis officijs satisfacere? aut cur mihi id vitio vertitur, quod in magna laude ponendum est? an illi id ignorant quod in sapientium mentibus insedit: diuites virtute, pauperes necessitate: illos sponte sua, hos vi coactos: illos oblatione mentis, hos emolumento addu-*

adiunctis
circumstant

paratis
disiunctis

Vos, colere disciplinas? studiorum labores
 perferre? an illi sunt in hac questione ho-
 mines & peregrini? si diues & pauper
 ar habeant ingenium, pares etiam in li-
 teris progressus, maiorem diuiti, quam
 pauperi laudem constitui? studiosis co-
 pia, quã inopiam maius impedimen-
 tum putari? inopia ingenium acui, &
 accendi? copia lægescere & debilitari?
 in aobrem sileant, si volūt, & ne nobis
 obijciant, quod illos acriter mordeat.

Refutatio hominis, cui vitio data
 est, adoleſcentia libera.

O Bijcitur mihi adoleſcētis liber-
 tas, laboris remissio, sed ab illis
 requiro: in publicis concertationibus
 meum studium fuit vnquam desidera-
 tum? fuit a doctis reprehensum? me illi

tenne

Ab adian?
 que circūst.

diunctis
circūstā
survinter
ione.

tenuerunt aliquando laqueis irretitū?
In concertationibus publicis depulerūt
de loco? Cum obieci illis, d. luerut argu
menta? retardarunt vim? exemerunt
scrupulum? quibus si satisfacere nō pos
sunt, taceant, sua corrigant, ne curent
aliena: & intelligant, ingenium nostrū,
valere viribus suis, quod ipsi concedūt.
Tamen nisi aleretur industria, acueret
tur vigilis, expoliretur doctrina, nun
quā actiones publicae fuissent tam à do
ctis approbatae, tantis clamoribus exce
pta, quam vos vidistis & predicastis.

diunctis
insum

Ingenium, doctrina, labor mihi non est. Er
go actiones meae, non essent à doctis appro
batae. Ex adiuncto quod inest, infertur adiu
ctum quod circumstat.

Aliqui vtuntur hoc loco, comu
ni, vice narrationis.

Doctis

DO
se
fione
ritat
teneb
mie l
ac pr
cari.
reip.
de a
taten
cond
ribus
form
susti
gent
ditor
trin
reuo
ne, f

Doctis, & in doctis, adoleſcētibus, &
 ſenibus, cognitū eſſe arbitror, acces-
 ſiones ſtudiorū diſciplinārū, cultū, ve-
 ritatem demerſam in proſundo, erui ex
 tenebris, pro ferri in lucem, ad Acade-
 mię laudem magni inter eſſe & cōmune,
 ac præſtantiffimum bonum merito iudi-
 cari. Nichil enim tam vtile literarię
 reip. eſſe poteſt, quam nemini veram lau-
 dē adimere, falſam nulli tribuere, equi-
 tatem ſeruare, à legibus ſapientiſſime
 conditis non diſcedere, viros literis mo-
 ribuſq; præſtantes, tradendis artibus,
 formandęq; iuuentuti præficere. nam hi
 ſuſtinent maximam expectationem, au-
 gent Academię dignitatem, tenent au-
 ditorum cętus: horum exemplo & do-
 ctirina, iuuenes inflāmantur ad virtutē
 reuocantur à vitijs, limantur diſcipli-
 na, frequentatur ſchola, tanto iuuenum

E
 ab aduſ
 hng circi

Diſcripti
 ſi & boni
 viri ornati
 d' ſolutio

DE RHETORICA.

concurso, ut Gymnasium Compluten-
se ex parvis initijs ortum, paucorum
annorum spatio, cursum ad magnarum
artium excellentiam fecerit, & nunc
cum celeberrimis totius orbis merito de
laude contendat.

Applicatio superioris loci commu-
nis, Siue confirmatio.

Vtrum hæc, quæ dicta sunt ad meam
causam vere possint accommodari
vos integerrimi iudices videte, ego grã-
maticis præceptionibus diligenter in-
stitutus, in collegijs liberalium artium,
ubi virtus & ardens studium elucet,
dialecticæ, & philosophiæ operã, ut qui
maximè nauavi, in honorũ renuntia-
tione, (quam vulgus licenciam vocat) mi-
hi primos honores petenti, in loco hont-
stissimo

ad iustitiam
in sicut.
co.

3
efficit

stiffi
colle
offic
tati
in th
qui
rum
pos
mar
alie
vel
rui
mil
rat
&

stissimo licuit consistere: factus deinde
 collega trilinguis, quæ domus eloquentiæ ^I Alaco
 officina semper fuit: ex umbratili exerci-
 tatione in solem, & puluerē (ut aiunt)
 in theatri lucem crebro processi, ex his,
 qui mecum fuerunt in collegio theologo- ² Abadi
 rum (absit arrogatia) nemo se mihi præ ^{quæci}
 posuit. Illa vero quæ gessi, in collegio pri-
 mario, vel tuendo meam sententiã, vel
 alienam refellendo, in scholæ celebritate,
 vel suscepta auditoris institutione, quo-
 rum magistri, alijs negotijs distracti, eas
 mihi partes dederunt, rebus commemo-
 ratis consentiunt, ni si me fallit opinio,
 & vos Academia plausus decepit.

Quæ perorationem quæ tibi magis
 placeat & causæ congruat.

De peroratione, & in
ea de perturbationibus
animi liber. 5.

ARISTOTELES τὰ πάθη idest
perturbationes, Rhetoricæ esse ad
iumenta, quibus non erat locus in
Areopago. Sed cum hi oratores re
gnare dicantur, in concionibus & iudicijs, qui
mouent auditores, & hoc maxime sit uile
concionatoribus sacris, in primis tradende
sunt.

² Perturbatio est animi affectio, qua audi-
tor aliter sentit, ac iudicat ex eaq; dolor aut le-
ritia consequitur, ut ira, misericordia, metus
liter enim iudicat de eadem re, qui amat, &
qui odit.

³ Ira est libido doloris puniendi, quod ipse
vel aliquis suorum videatur contemni. Ad
illum mouebit orator si dicat auditores, temp.
vel primarios viros, vel aliquem qui ad audi-
torem spectet ab illo contemni, idq; augeat
& amplifcet.

Audacia

*Audacia & temeritas huius homi-
 nis teterrimi vos ad iracundiam non in-
 flamat? eius impudentia veluti ardenti-
 bus tedis, animos vestros non concitat?
 qui in hanc Academiam 'insultat' ve-
 stram eruditionē 'irridet' publicas exer-
 citationes contemnit: instituta sancta cō-
 culcat? qui sapientissimum quēq; Ver-
 berat conuictijs? maledictis figit iniuria
 laceffit: honore (&) fortunis spoliare co-
 natur? doletis in lites magnos fieri sum-
 ptus, eos fieri coegit Antonius: fertis mo-
 leste oppugnari clarissimos viros: eos op-
 pugnavit Antonius: afflicta Academia
 est: eam afflixit Antonius: omnes tumul-
 tus, qui hisce annis excitati sunt illi ac-
 ceptos referre debemus. O⁷ hominem in-
 iratum,⁸ qui ita beneficium reddit scho-
 lae: O Stultum, qui bellum iniquum nun-
 quam moritura indicit reipub. O super-
 bum*

4
Interro5
Diff. liti
commun6
Ab e' f' e'6
Complexio7
Exclamati8
Distributio

DE RHETORICA.

bum, qui Academiam liberam domina-
tu suo tentet opprimere: O miserum si in-
telligit, miseriorem si non intelligit, no-
men eius in aula regai proscindi, licen-
tiâ à senatu regio coerceri, cupiditatē pō-
tificum diplomatis puniri, & frenari.

Ornatur interrogatione, dissolutione, com-
plexione, exclamatione.

In laudationibus, & gratulationi-
bus, ad spem, metum, letitiam, & pudorem
mouemus, ¹boni presentis letitia, futuri
spes, mali presentis dolor, futuri metus,
ad hos fontes omnis perturbatio reda-
citur, ad spem si augeas bona futura. sic
nam spes boni, metus est mali futuri.

Cum tibi ²contigerit pene diuinum
ingenium, septus quibus magnarum
artium & virtutum, presidio, & om-
nes grauia, illustra inuisitata expectet
de te: respice spatium præteriti tempo-
ris, mihi crede, eris specimen collegarum,
decus tuæ familiæ, magister literatorum

disper

usc. 3.

umeratio.

nglonat.

dispe
pena
que
sima
pron
expe
num
mia
tur
prin
star
conf
dem
fere

T
sior,
bo i
cede

dispersa referes in summam, iudicio ex-
pendes, tui nominis monumenta relin-
ques: decissio explorata, & vera abduis-
simarum questionum studiosis erit in
promptu, sustinebis, & vinces omnem
expectationem, vndiq; ad te, vt ad diui-
num oraculum ⁴concurratur: tibi pre-
mia amplissima sunt proposita, traden-
tur gubernacula Reip. te colēt maximī
principes, in te se conuertet schola: & in
star Ciconia quae parentibus senectute
confectis benigne facit, alma nosira Aca-
demia veritatis indagatrici, gratiam re-
feres opportune & cumulate.

Ad spem.

Tves nūc ad mun^o obeūdū ⁴instructior
hominū expectatio maior, res copio-
sior, disputatio grauior, & eruditis mēti-
b^o incūdior: res tibi ex animi sētētia suc-
cedēt, inponētur maxime Reip. partes

⁴Casuum
110.

⁴Ab adis
que circ
⁵AFine.

⁴Dis. sicut
su. gulis.

DE RHETORICA.

mandabuntur^o Episcopatus, vt cognatis
 sis adiumento, pauperibus succurras, mi
 seris^o opem feras, locupletibus resistas,
 eorum licentiam concutias, equitatem
 serues, iuues in officio cōtineas. Ne pate
 facias aures assentatoribus, qui etiam
 prudentibus nocent: te adhibe in cōsiliū,
 omnia impedimenta prosternes: tui &
 alieni, populares, & optimates, sacer
 dotes, & laici te obseruabunt, te prose
 quentur studio: Deo seruias, alijs prode
 ris, tua facta in vetera scint hominū ser
 monibus & bonis maximis perfrueris.

Aliud ad letitiam, & spem, cum
 alium laudat.

TU vero vir sapientissime in quo ra
 tio differendi, obscuritas nature, co
 gnitio diuine sapiētiæ, mirum immodū
 eluxit

ratio in
 acti.
 fectis.

o pari
 a sing.

meratio
 3.
 dunt
 in iust.

eluxit
 xit er
 mus
 plis ad
 mum
 Etum
 futuru
 ce cete
 illum
 insidio
 & sol
 sal acc
 seueri
 lere
 re Et
 ration
 gentia
 dices.
 Tu
 tatu

eluxit: cuius ingenium admirata susce-
 pit erudita⁴ iuuentus, laudauit clarissi-
 mus Academia senatus, & premijs am-
 plis ad hanc doctoris dignitatē & sum-
 mum honorem prouexit: letare & fru-
 ctum percipe ex his maximis bonis, tu
 futurus es splendor nostrae rei. cuius lu-
 ce ceteri luceāt, cuius doctrina populus
 illuminetur, cuius sapiētia a sceleratis, &
 insidiosis sermonibus refugiat, Veram
 & solidam doctrinā complectatur, tu
 sal accerrimus eris, qui mores hominum
 seueris dictis⁴ constringas, animos à sce-
 lere⁵ deterreas, licentiæ resistas, ab
 sektionem animorum extollas, despe-
 rationem, sifit, conuellas, eosq; ab indul-
 gentia corporis miseroq; interitu vin-
 dices.

Tu ciuitas eris cincta magno comi-
 tatu Virtutum, bonis plurimis circun-

4
Quæ in

3
Distib. e
continet

Repetitio

4
Ab effecti

5
Disiunctio

DE RHETORICA

fluens, ad quam rustici mendiculi, mulieres sordidae, homines desperati ieiunitate, & fame rerum diuinarum enecti se certatim conferent, ut illos grumis subleues, periculis liberes, sapiētięq; & virtutis ornamentis locupletes.

Summe Deus qua exultabis letitia, cum¹ gravitate rerū, nitore verborum, innocentia vitę tenueris cętus hominū suspensas? quo triumphabis gaudio, cū anima pię saturabuntur bonarum cogitationum epulis? in virtute proficiētē se obedientes volūtati diuinę prebebūt? Hic erit fructus tuorum laborum uberimus, hæc victoria gloriosissime parca, hic² triūphus omnibus rebus humanis anteponendus, hæc diuitia: hæc³ gemmę ex Indicis oris aduectę, quas tibi inimici non eripient, non attingent latrones,

uino.

utaque
stant

1
tributio
lis.

2
olatio
lio.

3
admittis
circūst.

non con
stas :
præsi d

V En
ma
robite
nocent
mo ex
tate, e
arden
ante a
ad lab
sa exq
victu

non conficiet vlla neq; consumet vetu-
 stas : quæ tibi erunt adiumento , &
 præsidia sempiterna comparabunt.

Aliud ad spem.

Veniat in montem stirpis vetustissi-
 ma in qua natus es: aui, & parentis
 probitatis, quæ te legibus seuerissimis in-
 nocentiæ constringet, iustitiam cum ani-
 mo excelso coniunctam docebit, a leui-
 tate, & sordibus auocabit, ad honestatē
 ardentius impellet: præmia proposita,
 ante acta vitæ, a iocosis ad seria, ab otio
 ad laborem, a somno ad vigiliam, a men-
 sa exquisitis epulis structa, ad tenuem
 victum, tuos sensus excitabunt.

2
 Ab effici-
 causa.

3
 Dissolutio
 coniuncti.

4
 Dissolutio
 coniuncti.

5
 Paria in
 6
 a sine.

Aliud ad spem eius, qui
 alium laudat.

DE RHETORICA

In nata est tibi acris intelligendi vis
 usu longo & exercitatione limata, nō
 ut alios supplātes, & de loco suo inique
 de turbes, sed ut abdita eruas, disper-
 sa colligas, confusa distinguas, incho-
 ta absolvas, & alios tuis scriptis eru-
 dias. nihil erit tam implicatum quod
 non expedias, nihil tam obscurū, quod
 non illustres: nihil tam abstrusum, quod
 non olfacias, non inuenias & in lucem
 non proferas, alijsq; percipiendum non
 tradas. ciuitas ex tua sapientia pende-
 bit, viri graues referent ad te de rebus
 magni momenti, tuo omnes nitentur cō-
 silio, eris vehemens concionator, erunt
 magni concursus, atq; clamores.

Quid enim tam aliquibus conuenit,
 quam theologis suggestum? sapientibus
 diuini verbi explicatio? sacerdotibus
 concio? literatis virtus ita locum te-

nent

luria in
 nctis.

in cūi.

lurio.

4
 d' mētis
 ia iuli.

bitio in
 tis orn.
 ribus.

sic ig
 existi
 socor
 etu p

A

SI r
 an
 homin
 unine
 domici

Dudor
 feran
 nalo in
 celestia

sic ignominiosum videtur, veterem
existimationem amittere, & propter
sotordiam alios tuorum laborum fru-
ctu priuare.

Ad pudorem & metum aliud.

SI res prospere non ceciderit ne te des-
angoribus, qui morbos aut exitium
hominibus comparant: neq; indignis ho-
mine docto voluptatibus, quæ bonū fal-
domicilia cūtando adulterant: ex quibus
reditas mentis, disciplinarum

Distrib
continet

Ab effe
Est volu
ergo rati
mentis

Debedrarum repulsa, rei fami-
ritas saepe solet proficisci. Nā
canis receptui, alius tibi

varia.

Pudor est dolere: si vigilijs actis confidis,
ferant dedecoris contentus esse debebis:
nalo impendentibus est, premia laborios-
nelestiam aut inte.

Ineunda

DE RHETORICA

In nata est tibi acris intelligendi vis
 usu longo & exercitatione limata, nō
 ut alios supplātes, & de loco suo inique
 de turbes. sed ut abdita eruas, disper-
 sa colligas, confusa distinguas, inchoa-
 ta absolvas, & alios tuis scriptis eru-
 dias. nihil erit tam implicatum quod
 non expedias, nihil tam obscurū, quod
 non illustres: nihil tam abstrusum, quod
 non olfacias, non inuenias & in lucem
 non proferas, alijsq; percipiendum non pot-
 tradas. ciuitas ex tua sapientia eteri mor-
 bit, viri graues referent ad te ^{scilicet} signa
 magni momenti, tuo omnes nūc fallas opinio-
 filio, eris vehemens concionatlam aspergu-
 magni concursus, atq; clamors principijs ō-
 Quid enim tam aliquibus optas praemia
 quam theologis suggestum? Ut enim glo-
 diuini verbi explicatio? itatē tueri, clā-
 concio? literatis virtus bus amplificari

stus in
 nētis.
 in cōi.
 Julio.
 4
 d'untis
 in Iulio
 butio in
 lis orna
 ribus.

sic ign
 existi
 socor
 etu p
 A
 SI re
 ang
 homin
 mine
 lacite
 stupor
 obliui
 liaris
 si ab s
 antep
 honor
 labor
 sis rel
 sic

sic ignominiosum videtur, veterem
existimationem amittere, & propter
sotordiam alios tuorum laborum fru-
ctu priuare.

Ad pudorem & metum aliud.

SI res prospere non ceciderit, ne te des-
angoribus, qui morbos aut exitium
hominibus comparant: neq; indignis ho-
mine docto voluptatibus, quæ bonū fal-
laciter imitando adulterant: ex quibus
stupor, tarditas mentis, disciplinarum
obliuio, cathedræ repulsa, rei fami-
liaris calamitas sæpe solet proficisci. Nā
si ab studijs canis receptui, alius tibi
anteponetur: si vigilijs actis confidis,
honoribus partis contentus esse debebis:
labor tibi molestus est, premia laborios-
sis relinque

2
Distrib
conuinc

3
Ab effe
Est volu
ergo tav
mentis

Varia.

Ineunda

Ineunda tibi amicitia est, cum virtute, non cum desidia: cum dignitate, non cum voluptate: cum gloria, non cum infamia: suscipienda cum nonnullis inimicitiae, experiundi subeundiq; labores, perferenda & dissimulanda quorundam stultitia, pro honore, pro gloria, pro publicis commodis obnixae, tibi sudandum est: si vis his commodis providere, expectationi de te concitatq; satisfacere, & memoriam tui nominis, nunquam delendum relinquere.

Gloriam quaris, ergo tibi sudandum est.
A fine.

Ad spem mouet, qui petit catedram & est literatus.

Sed ut ante ego finem dicendi faciam quam vos met am attente audiendi, concludam breui, quod de hac petitione
propo-

proposui: & vos adolescentes, qui iudices estis in hac causa futuri, ad imitationem bonorum, ad equitatem seruandam excitabo: vos vero qui eorum comites estis, & apud iudices valetis autoritate, & consilio potestis illis & nobis prodesse ad officium colendum, ad Dei obsequium, ad scholae utilitatem adhortabor. Hac est vna ratio mihi credite, fructus, & dignitatis: consilio eruditorum magistrum deligere, qui studeat comodis vestris, non suis: qui mentibus lumē afferat, non tenebras: qui distincte doceat, non qui res secum pugnantes confundat: qui sit magister officij, non minister voluptatis. interest enim magni, praeceptorem nosse viam tradendi disciplinas, perlegisse summos scriptores, in locis difficilissimis studiū attentissime possuisse, quæstiones abstrusas habere no-

Repetitio

Paria

Dissoluti
coniuncti

Quæstiones abstrusas habere no-
tatas

DE RHETORICA.

ratas animo tractatas vssu illasq; volu-
 ti minima mäsä in os discipulorü insere-
 re: hęc utrum nobis insint, animis ve-
 stris penditate, qui vero in omnia colle-
 giä huius Academię, ordine fuit coop-
 tatus, ex alijs multis accersitus, in licē-
 tijs honorifico loco nominatus: qui cre-
 bro aliorum discipulos erudiuit, qui bac-
 chalaureorum & designatorum calli-
 de periculum fecit, qui multis vigilijs
 gloriam quę sinit, hoc pręmio non erit
 dignus: non consulēt vestris studijs: hoc
 a vobis non impetrabit: quibus de cau-
 sis sperorem hanc feliciter successuram,
 atq; opto ut quod mihi studium est
 adiuuandi ingenia vestra, id summus,
 ac prępotens Deus vobis impertiat de-
 ligendi, quod magis è literaria repub.
 sit futurum.

Mou
& b

N

& c
 qui
 qui t
 singu
 tina
 ceris
 uerf
 tio d
 geni
 mun
 quis
 illi e
 calli
 nam
 nego

in
 re
 s
 a

io.

3
 c
 is.

Mouet ad spem, qui petit cathedrā,
& boni publici est studiosus ac modestus.

Nollo de me³ plura dicere, sunt in
Academia doctissimi viri, qui me
& cādidos nostros exakte nouerūt,
qui intersuerunt publicis actionibus.
qui tentauerunt scientiam & ingenia
singulorum, qui causam hanc aqua tru-
tina atq; lance examinabunt: illos sin-
ceris mentibus adite, illos de hac contro-
uersia consulite: illi sciunt, quid ra-
tio docendi suscipiat, quam vim in-
genij, quae literarum ornamenta hoc
munus requirat: quid debeat, quid
quisq; nostrū prestare pro se videatur.
illi enim sincerum animum, moribus
callidis: expressam solidamq; doctri-
nam, verborum volubilitati: iustitiam
negociorum procellis: publicā vilitatē,

2 2 privatis

DE RHETORICA

priuatis emolumentis anteponent, qui
 hos duces fuerit secutus, nō errabit: qui
 hos monitores audierit, non labetur: qui
 illis crediderit, in animi tranquillitate
 versabitur: præceptore delecto prudēter
 anim^o vester erit ad discēdū paratior, ex
 peditior doctrinę ratio, accessio literarū
 vberior, honores fruct^u cumulatio. Tūc
 enim quilibet vestrum se ab^o otio, ad stu
 dium: a quiete, ad laborē: a somno, ad vi
 giliam: a ludis, ad libros: a commēdijs
 ad concertationes conuertet: ut omnes
 vobis honori, cognatis vtilitati, Acade
 micæ emolumento esse possitis. quod si cō
 tingerit, ut spero, erit mihi in Gymna
 sio^o assiduitas, in delectu doctrinæ dili
 gentia, in moribus grauitas, inuitijs se
 ueritas, in inopia benignitas: ut neq; ami
 cū subleuandis ærumnis, neq; magistrū
 erudiendis ingenijs, neq; monitorem co
lenda

butio in
is.

butio in
is.

lenda
fort a
Alia

C
 n
 i
 cu
 st
 turbi
 mem
 ter in
 batio
 serim
 re
 fuisi
 publi
 ta m
 liter
 excit
 sum
 ctus:
 hono

lenda virtuti, & honestati, me aptiorē
fortassis inuenire possitis.

Alia peroratio Viri docti mouentis
ad letitiam in cathedrę petitione.

CAUSA perorata est, a vobis precor ob
nixē viri docti & religiosi, qui estis
¹custodes huius Academiae, repressores
turbinum, vindices equitatis: repetite
memoria, ²quam accurate & continen-
ter ingenuas artes ¹coluerim, quā appro-
bationem vel ex repugnantibus expres-
serim, quam a vobis laudem obijciendo,
& respondendo fuerim consecutus, vos
fuiſtis studiorum ³duces, laborum testes,
publicarum actionum, instituendaeq; vi-
tae monitores, atq; magistri: a vobis sum
literis ²institutus, ad cultum virtutis
excitatus, ad hunc statum, quem glorio-
sum & florentem spero futurum dedu-
ctus: siquid sum, siquid profeci, si vllū
honoris locum tenio: siquid mihi prospe-

¹
Conglob.
suis. ne

²
Repetit.

¹
Ab effect.

³
Conglob.

²
Ab effect.

Repetit.

DE RHETORICA.

re successit, vobis tribuo, vobis debeo,
 vobis acceptum totius vite decursu
 referre conabor: si ingenium mihi est, si
 virtus, si luera, quas vos saepe publice
 predicastis: si nemini nocui, neminem vo
 ce vulneravi, nulli molestiam exhibui,
 si a dissidijs, & factionibus vt ab ali
 qua peste refugi: si nemini me iniuste
 preposui, si optimo & sapientissimo
 cuiq; undecunq; esset placere semper co
 tendi: dissidam laboribus meis? despera
 bo patres, iustitie & sapientie vestrae?
 non habebo pro certo vos lumina huius
 Academiae, magistros scholae, afflictorū
 persugia disciplinarum antistites mihi
 opem opportune esse laturos?

Qui petit cathedram mouet iudi
 ces ad spem & metum.

Vos

rogatio.

6
 leuare.

V O
 m
 quid
 hono
 maio
 vos
 homi
 decip
 cona
 ni lo
 quoc
 tion
 indu
 flebt
 flite
 rari
 proi
 des
 te D

Vos ergo integri iudices lustrate ani-
 mo, quod nomē, quā opinionē habeat
 unusquisq; nostrum: quid ingenium,
 quid studia, quid actiones publicę, quid
 honores possint vobis polliceri: vnde
 maior dignitas in scholam, fructus in
 vos maior possit redundare: ne audiat is
 homines perditos & factiosos, qui vos
 decipient, & rebus perspicuis, lucem
 conabuntur eripere. Observate quid bo-
 ni loquantur, quid de singulis sentiant,
 quod sit iudicium publicarum commēta-
 tionū: mihi credite, his perspectis nemo
 inducetur in fraudē, nemo a iustitia de-
 flebet, nemo vobis auferet q̄ nō possit re-
 stituerē: cōsultite viros legū cultores, lite-
 rarū peritos, boni cōmunis studiosos: nō
 proiectos ad audendū, in disciplinis ru-
 des, cupidos privata vilitatis: prepotē-
 tē Deum severissimum iudicē, accerri-

Repetit
 bra.

Ab ad
 que civ

varia.

DE RHETORICA.

*latio in
mētis.*
 mum iniuriarum ultorem pertimescite,
² qui intima sensa rimatur, occulta pate
 facit: scelerata consilia vindicat, & ini
 quos in hac vita, dedecore, & supplicio
 in alicra, morte multat sempiterna. Ille
 animis vestris benignitatis & clemen
 tia sua iumen afferat, vt eum præcepto
 rem eligatis, qui maiorem vobis fructū,
 Academię dignitatem sit allaturus.

De misericordia.

*3
4
v. 2.*
Misericordia est dolor in alterius rebus
 aduersis, ⁴ quæ mouetur qui audit, si ad
 duci potest, vt quæ de altero deploren
 tur ad suas res reuocet: quas aut tulerit acer
 bas, aut timeat, vt in aliū intuens, ad se ipsum
 reuertatur. Ita cum singuli casus humanarum
 miseriarum grauitè accipiuntur, si dolenter
 dicuntur, tum afflictæ & prostrata virtus, ma
 xime luctuosa est.

Mouet ad misericordiam, qui
 petit cathedram.

Quam obrem adoleſcētes optimi, quo-
 rum iudicio hec cōtrouersia dirimē-
 da est, eum, qui Academiae dignitati
 deditissim⁹ fuit, qui in studijs attētius
 elaborauit, qui ab officio nūquam disces-
 sit: ne patiamini ferre repulsam, in tam
 iusta petitione: ne cogatur ignominia
 iniustus nunquam delenda in perpetuo
 luctu, & squalore iacere: ne vestra cau-
 sa, animo debilitatus concidat, & ad
 eius equitatem se nunquam possit extol-
 lere. Videte iudices hic agi honorem &
 gloriam, quem fructum & praeium
 virtutis doctissimi homines iudicauerūt
 agi pecuniam tantam, quantam praeſi-
 dia animi, & ingenij, non contem-
 nenda homini docto, & bono possunt af-
 ferre: agi vitam, quae si honore & fortu-
 nis spoliata sit, mortis, aut acerbissimi
 supplicij instar existimanda est. fingite

Enianeta

A sine.

D'st ibutio
coniunctis

erbis, & odium quorundam erumnis
 veis saturavi, me tandem ad aliquam
 pem futuri euentus erigite, suspensum,
 rementem vestra benignitate confirma
 e: vt aliquando ex metu tãto respirem,
 & vobis si non parem, saltem aliquam
 gratiam possim referre.

Mouet aliter ad misericordiam,
 qui petit cathedram.

Quare vt iã tandem terminetur ora-
 tio mea, vos patres quod hæcenus
 sensistis de me, re & sententijs declara
 te, vos meũ ingenium amplissimis ver-
 bis extulistis, vos doctrinam appro-
 bastis, vos fidem estis complexi, vos
 officia, & obseruantiam dilexistis: vos
 colit, veneratur, ac suspicit Acade-
 mia, vos potestis suffragantiũ animos ab
 iniqui-

Repetitio
 3
 ab adim
 qua circ

paria.

DE RHETORICA.

iniquitate, ad iustitiam: a perturbatione
 ad quietem: ab hominū fraudibus ad Dei
 obsequium, a tenebris ad lucem conuer
 tere. Ego nunc Iudices in loco difficili &
 scopuloso versor a fronte, a tergo, a late
 ribus videor teneri: Varij³ hominum ce
 tus armantur in me, multa tela in me
 vnum instituta, parata, intentaq; sunt:
 si vos me deseritis, a quibus petam au
 xilium? si vos me oppugnatis, quis me
 defendet? si ad vos non confugio, vbi tu
 to consistam? o me miserum, o frustra
 suscepti mei labores, o inanes cogitatio
 nes meae. Urgeor malis vndiq; est in peti
 tione sumptus? seremus: in suffragijs, sol
 licitudo? patiemur: inimicorum odium?
 subibimus: sed honorem debitum nobis
 eripi? dedecus summum concipi? in nos
 pratercuntes digitum⁴ intēdi? quis quā
 tumuis ferreus perferet? quis fractus

animo

na.

3
 irrogatio
 paria.

1
 clamatio.

2
 cessio.

3
 tentatio.

4
 adiunctis
 e circumstāt

nimo
 itam p
 lore,
 ego lu
 bona
 micor
 t sper
 ris co
 e, neq;
 luitate
 urum
 Qu
 quam
 equum
 upidi
 recent
 se cons
 ut eos
 aliteri

nimo non concidet? quis mortem, quã
 ita potius optandam nõ putabit? præ
 dolore, & lacrymis loqui nõ possum. vos
 ergo Iudices ferte opem calamitose, homi
 ni bonarũ artiũ, bonarũ partiũ, bonorũ
 amicorũ, quib⁹ spõdeo, atq; promitto, si
 contingerit, contigerit, neq; meã operã a ve
 stris commodis unquam seiunctam fo
 re, neq; quempiam vestrum meam assi
 duitatem, diligentiam, opem desidera
 urum.

Hæc addes, si volueris.

Quid enim esse potest tam acerbum,
 quam doctis repulsa? honestis infamia?
 equum postulantibus damnatio? laudis
 cupidis explosio? ita viuunt, vt memoriã
 recentem teneant: ita cruciantur, vt non
 sit consolabilis dolor: ita cadunt animis
 vt eos non possint erigere: ita abhorrent
 literis, vt eos illarum capiat obliuio.

Demetu.

⁴
 Disturbatis
 singulis.

De metu.

lib. 2.
cap. 5^o

Metus est dolor, aut perturbatio ex opinione mali futuri & impendentis suscepta, quod grauius debet pungere.

Petitor Cathedræ mouebit ad metum, si amplificet mala iudicibus impendentia. Sic.

¶ Si aliquis vestrum putat nostros aduersarios, quæ magnifice pollicentur, explere posse, aut se honorem, aut collegium, quod optat eorum beneficio consecuturum: videat ne eum longe fallat opinio. Nam ut omittam quando homini, & quibus in rebus sit credendum: est ne illis iam facta potestas, creandi collegas² minores? dandi, & adimendi quibus volent, hanc togam, indicem virtutis, & nobilitatis? partiendi? Academiã suo arbitratu? his qui inseruierint eorum petitionibus?

interrogatio.

argumentum
causa effici
entia quia si
non possunt
causae colle-
gis non creca-
tio.

ionibus tantum valent gratia, ut pos-
 unt exolvere quod promittunt? cā sunt
 constantes, ut si penes illos esset pote-
 as, in fide sint permansuri? hoc potius
 edices, quod est verius, vestris menti-
 us mandatote: virtutem iniuria laceffi-
 am, virorum intelligentium consilia
 vehementer esse peritimescenda: ne quid
 vobis accidat aduersi, si nobis iniu-
 te noceatis, attentissime providen-
 dum: ne vos sero capti consilij peni-
 teat: sunt enim nobis amici magnis ani-
 mis, magna potestate praediti, qui no-
 strā causam suam esse dicunt: qui nostrū
 casum acerbum, non minus quā suam
 calamitatem dolebunt: qui observa-
 vant petitiones vestras, aucupabun-
 tur tempus, vlciscentur iniuriam, &
 insanabile vobis vulnus infligent.
 Si quis vestrum in errore versatur,
 resi-

3
Ab adiun-
que in su

4
Ab adiun-
lugen. i. i. s.
5
Respetio
contumelie

DE RHETORICA.

resipiscat aliorum exemplo doctus: qui
 sua culpa, aliorum odio, ab honoribus pro-
 hibiti, ab aditu collegiorum nonnumquam
 exclusi, aliisque fructibus privati, Acade-
 mia relicta, ob similem iniuriam gravissi-
 mas penas dederunt. nemo nostros per-
 strinxit, quos non penituerit facti, ne-
 mo illos offendit, qui consilio letaretur:
 nemo insidiatus est, qui suam vicem non lu-
 geret. Si ergo videritis iudices me, neque
 acie mentis, neque disciplinarum cognitio-
 ne, neque honoribus publicis, neque amico-
 rum gratia (ut modestissime loquar) meis
 competitoribus inferiorem: vos obsecro,
 ut pareatis legibus, credatis doctis, ve-
 stris commodis, et nostrae dignitati con-
 sulatis. quae si facitis, ut spero, polliceor
 vobis, me neque expectationi vestrae, neque
 honori nostro, neque vobis Academiae un-
 quam defuturum.

Ex

2
 Latio in
 transis.

3
 peratio.

ix ext
 adme
 & iul
 sum

Exim

CVn
 ris

enties
 erit pr

tuto po
 bilia s

accus
 et as n

detra
 tum a

per
 ris, qu

exilio

Ex extremo iudicio mouebit concionator admetum, vnde etiam qui cathedram petet & iustitię suę confidet, aliquid potest as-
sumere.

Ex imitatione cuiusdam orationis,
in Catilinam & cuiusdam
paradoxę,

¶ *Um animus tuus, ex vinculis corpo-
rise uolauerit, quid ages? miser? quid
senties? quod queres persugium? quod
erit presidium? ubi cōsistendi locus? ubi
tuto pones uestigia? patere tua detesta-
bilia scelera non cernis? tuas libidines
accusatorum conscientia teneri constri-
ctas non vides? quot viris doctis laudē
detraxeris, quę premia eripueris: quā-
tum dedecus impresseris, non est tritū
oper vagatum? quos fama spoliaue-
ris, quos bonis euerteris, quot innocētes
exilio aut morte multaris: quot malefi-*

4
Acriti ante
rogatio.

5
Ab adiunctis
qua circūsi-

6
Ab effectibus.

R

cia,

Ex

DE RHETORICA.

cia, quod fraudes capitales admisseris, demones ignorare arbitraris? qui in illo pertimescendo iudicio, horribili aspectu, hostili odio, immani crudelitate, te prement, te continenter torquebunt, te cruentis manibus lacerare contendunt: ibi te stimulabit, maleficiorum conscientia, te exanimabit metus iudicij, te cruciabit vitę ante aetę memoria, te punget futuri mali praesensio. Hinc te deseret custos, illinc demones instabunt, vndiq; ignis pestifer erumpet, qui te conficiat qui deuoret, qui te viuum atq; mortuum aeternis supplitijs mactet. In te Angeli, gladijs districtis irrupent, diuina mentes inuadent, etiam sanctissima virgo quę hic est miserorum adiutrix, vita magistra afflictorum solatiũ, calamitatorum subsidium, scandaescet iracundia, baſtam vibrabit, tua precordia configet

2
ad iudicij
in fine.

2
Solutio in
iudicij.

3
cogitatis

figet
mus,
litibus
Etus
lucen
te gra
bus ce
piter
singu
lingu
partu
mita
le iu
ut h
tium

Ora

figet, ad erit ex templo eius filius sum-
 mus, & præpotens Deus, septus ce-
 litibus, maximorum principum cin-
 ctus comitatu, vulneribus tanquam
 lucentibus gemmis insignitus, qui
 te grauibus oculis terreat, ossa ossi-
 bus collisa comminuet, ad mortem sem-
 piternam trudet, & singulas partes
 singulis carnificibus torquendas re-
 linquet. Quare si consilij & rationis
 particeps es, resipisce tantarum cala-
 mitatum metu percussus, tibi cõsu-
 le iustitiam serua, suum cuiq; tribue,
 ut his gradibus, ad sedes piarum men-
 tium conscendas.

De integris orationibus.

Oratio iuuenis, petentis gradum

R 2

baccha

DE RHETORICA.

bacchalaureatus, non tunc matorū: paucis
muratis ad petitionem: vnius poterit etiam
accōmodari.

In more positum est huius Acade-
mie Rector grauiissime, patres doctis-
simi, vt hi, qui in studijs mentē diutius,
& cogitationem defixerunt, afficiantur
præmijs, decorentur honoribus: quibus
eorum labor mitigatus conquiescat, &
alijs talibus exemplis impulsī, in literas
animum acuratius intendant, & pro-
sint, non solum sibi sed etiam aliorū vti-
litati. id etiam optimarum rerum publi-
carum vsu percrebuit: Nō enim alia
de causa, victoribus, in totius Græcia
celebritate Olympica dabatur corona, &
triumphus, (quo maius dici nihil pote-
rat) decernibatur Romanis: nisi vt vni-
laude clarissimi, præmia suorum laborū
acciperent, & iuuentus cuius consilio,

seruan-
causis,
enimsit
s Reip.

ne.

habunc
m ab spe-
eiusmodi
e, corona,
triumphus,
olescemes.

6

virtute niti debebat aliquando resp.
 ad laborem, & omne genus virtutis ala-
 rius incitaretur. hoc edocti instituto, hi
 adolescentes, quos capitibus detectis ad
 dextram, & ad sinistram stantes vide-
 is, magnum literis impertierunt stu-
 lium, in intima disciplinarum sensa,
 icie mentis intrauerunt, quæ erant ab-
 lita, & retrusa in dialectica, & philoso-
 phia ita peruestigarunt, vt nihil existi-
 nem, ab illis esse præter missum, ex quo
 utilitas aliqua in ipsos posset redunda-
 re. Qui cum in solem, & puluerem pro-
 cesserunt, neq; defuerunt priuato hono-
 ri, neq; publicæ dignitati: neq; extiterunt
 certamina publica, in quibus non dede-
 rint ingenij & studij documenta maxi-
 ma: neq; ex iudicib; inuenietur aliquis
 quantum ego possum conytere, cui illi
 non reponderint, cui non plene satisfacere

³
Ab esicie.

³
Dissolutio
conuulsi.

¹
Ab adinuert.
que circūst.

DE RHETORICA.

rint. Auditor vero nullus erit tam in-
 iustus, aut morosus: qui si vacuus odio
 sit & de factis ingeniorum periculis hoc
 anno possit iudicare, vigilias, studia ho-
 rum iuuenum non miretur, magnisq;
 laudibus non predicet, nullus qui non
 habeat procerto, magistrorum nostro-
 rum opera academiam, magnum cur-
 sum ad virtutem, & sapientiã fecisse.
 Illi enim florent ornamentis ingenij, &
 pietate in Deum, charitate in discipu-
 los, diligentia in res obscuras, assidui-
 tate in commentationes, fuerunt sem-
 per singulari: quos ijs de causis, studio-
 si observant. literati diligunt, doctorum
 ordo plurimi ducendos putat: speratq;
 eos, breui futuros esse lumina huius
 Reip. compressoros hereticæ pravitatis,
 magistros magnarum artium: qui si
 opus fuerit, inter mortuas exercitatio-
 nes

diam illis
 in sunt.

tributio in
 talis.

4
 lobatis

nes

nes ex
 armen
 genti
 stinua
 tuant
 gistri
 te han
 num
 na: vi
 ingra
 tius,
 nitea
 & v
 I
 So
 de
 nibu
 nere

nes excitent, iuuenes ad dimicationem
 arment: & disciplinas, si desidia negli-
 gentium vllum damnum fecerūt, in pri-
 stinum splendorem, & dignitatem resti-
 tuant. quamobrem sapientissimi ma-
 gistri, date nobis hoc beneficium, orna-
 te hanc numerosam, & eruditam iuue-
 num frequentiam optata hac lauri coro-
 na: vt animi nostri hac gloria concitati,
 in grauioribus studijs desudent diligen-
 tius, & neq; vos, neq; Academiam pe-
 nitent, in vestros discipulos insignē hęc
 & vsitatam liberalitatem contulisse.

Hominis docti oratio in peti-
 tione gradus.

Socrati eloquentissimo viro reprehē-
 denti Græcorū consilia, qui certami-
 nibus corporis honores magnos decer-
 nerent, contentionibus sapientiæ nul-

Atefimo
 in pan. g.
 co.

DE RHETORICA.

lum premium proponerent: quæ utilior est, & multo pluris ducenda, respondit Aristoteles magister eruditorum, id ea de causa contigisse, quia mira iudicum sapientiû paucitas esset futura, vel quia orirentur seditiones, vel quia nullum premium ex æquo posset sapientiæ conuenire. Vterq; sane suo munere accurate functus est. mihi tamen in hæc intuenti, mos huius scholæ, & aliarum, quæ optimis legib⁹ sunt institutæ; multo magis probatur, ubi collegia, honores, stipēdia proponuntur studiosis, quibus impulsus non languescant otio, non intermittant studia, & quod laboriosum natura est, efficiant usu iucundum, & in doctrina versentur, vt in maxima voluptate.

⁴ Premijs enim (vt experientia docet) acuitur ingenium, exorbetur molestia, vincitur difficultas, incrementum, & ab

solutio

problema
Etione.

ambax
in sine.

4
sine.

solutio
ingenium
ad
bebat
person
Mer
obeun
nem
pient
nume
qui
na m
prose
mum
merc
tutur
mus.
rie, si
teris
re nu

solutio affertur disciplinis, & homines
 ingeniosi triūphant gaudio, excitantur
 ad virtutem, cum cernunt, ei quid de-
 bebatur, quantum in nobis est, plene esse
 persolutum, nos vero laudemus eos, qui
 Mercurium summum eloquentiæ, &
 obeundæ legationis magistrum, Apolli-
 nem Musarum præsecutum, & alios sa-
 pientiæ laude præstantes in Deorum
 numerum retulerunt: imitemur eos,
 qui Esculapium, Hypocratrem medici-
 nae maximos principes diuinis honoribus
 profecuti, posterorum sapientiæ maxi-
 mum adiuumentum importarunt, & hac
 mercede laborum contenti, nostrum insti-
 tutum Græcorum moribus antepona-
 mus. Quamobrem dignissime Cancellariae,
 si nimum meum annos multos a li-
 teris non abduxi, si ab eruditorum late-
 re nunquam discessi, si sapientissimorum
 Patrum

DE RHETORICA.

Patrum extant de meis publicis actio-
nibus grauis, & honoris plena iudicia:
à te precor, vt meos labores hoc amplissi-
mo premio cōpenses: si vis Sponte sua cur-
rentem ad literas acrius incitare, ac ho-
minem gratum, & officiosum hoc maxi-
mo beneficio tibi in posterum deuin. ire.

Oratio viri docti petentis gradum.

Perspiciuum esse & inter omnes con-
stare arbitror, Rector huius Acade-
mia, patres grauissimi, hominū animos
mercede proposita, ad aduendos labores
vehementer permoueri. Agricola enim
si sustinet vim frigoris, & molestiā ca-
loris, si terram frequenter arationibus
vertit & emollit, herbasq; frugibus noci-
turas euellit atq; alia eiusmodi munera
diligenter administrat: frumento sane
quod in horreū conuehat, vino & oleo,
quod

quod in cellis cōditū a seruetur, alijsq;
 fructibus inducitur. Si mercator trans
 mittit maria, terras peragrat celeri cur³ Ab spec.
 su, alijsq; multis periculis se obijcit: sine
 dubio opum abundantia meditatatur, ex-
 portatis, aut importatis mercibus persua-
 sum habet, se copiosum, se florentem, &
 fortunatum esse futurum. Si miles etiam
 hyemat sub pellibus, inedia tolerat, &
 cōmisso praelio, murum scandit, hostem
 precipitat, & alijs aditum expeditū re-
 linquit: certe victoriam spectat, qua po-
 titus, suū nomē immortalitati cōsecret,
 opibus abundet, & cōquiescēs a laborib;
 otio iucūdo fruatur. Cū ergo literarū cul-
 tus, alijs exercitationibus sit dignitate
 præstātor: aequū est, ut illis dediti acci-
 piant præmia, adipiscantur honorē, qui
 fructus vere virtutis iucundissimus est,
 & potest (siquid aliud) cū eius meritis

DE RHETORICA.

ad equari. Hac enim de causa (nisi me fallit opinio) Romani homines prudentissimi templum Honoris, è regione templi Virtutis erexerunt magnificentius: ut excelsis animis esset exploratum, ad gloriam nisi rebus fortiter & praeclare gestis nullo modo posse perueniri, quare cum in ea disciplina, quæ dignitate, difficultate, & fructu ceteras artes vincit, meum otium diutius consumserim, & res futuras ac dissipatas mearum actionum vinculis apte constrinxerim, explicatis his, quæ noua videbantur, sed vera hominibus eruditis: à te precor gravissime Cancellarie, ut me hoc apice, & honoris insignibus exornes, & ad clarissimum hunc ordinem me sinas ascendere.

Oratio viri literati petentis gradum, cui res bene successit.

Honor

diuinitis
irresistat

meratio.

Honor mihi superioribus comitijs ha-
 bitus, Rector huius Academia, pa-
 tres sapientissimi, eiusmodi fuit, vt si vo-
 bis parum cumulate gratias egero, non
 tam imbecillitate ingenij mei, quã me-
 ritorum vestrorum magnitudini tri-
 buendo existimem. dum enim considero
 me inopem à patronis, fretum labori-
 bus meis & iustitia vestra, in publicis
 actionibus munus respondendi & obji-
 eiendi aliquo plausu³ sustinuisse: et rur-
 sus iudicium contemtor factum à vo-
 bis prudenter, & sanctè: laudare Aca-
 demiam hanc, nō desisto, & aequissimos
 animos vestros non gratia, non prece,
 sed honestate intelligo addicendam sen-
 tentiam permoueri. Nam si in me or-
 nando tanta suffragiorum vestrorū con-
 sessio fuit, vt vel optanti maior non pos-
 set contingere, quis vir literatus pote-

1
 A relati
 lia sunt
 & accip

2
 Ab adin
 qua circa

3
 Ab effecti

4
 Ab effecti
 stitit a talis
 in re iust. a
 rit sensu.

DE RHETORICA

rit de uestra iustitia dubitare? aut quis
 iudicio tam incorrupto, & sancto se non
 audebit committere, si in studijs lon-
 gius processerit? aut quis opera ante
 lucana diligentissimos opifices non vin-
 cet, si non minus apud vos doctis pre-
 mia, quam indoctis extant supplicia?
 Plato summa ingenij præditus abundan-
 tia, cum multis regionibus peragratis,
 bene moratam remp. qua suisset: fin-
 xit in libris ciuitatem, cui sapientes præ-
 essent, & eo pacto iustitia & equitas
 seruaretur. Is certe si nostris tempori-
 bus uiueret, & scholam hanc animo at-
 tētius lustraret, cerneretq; Rectorē pro
 publicis commodis vigilantem, senatū
 hūc specimē innocentie, decus totius His-
 panie, defensorē iustitie, non minus de
 disciplinarū accessione, quā de salute sua
 laboratē: exultaret gaudis, & in hac re-

11.

6
 ad iunior
 ciuicū sit
 reuolos fa-
 agrato ani
 suo a lau-
 do Horom.
 iustitia re-
 uis.

pub. v
 menti
 ret. V
 tiā ha
 caper
 ve str
 & qu
 homi
 pidi: q
 magi
 rūtū
 subsi
 strati
 solet
 omni
 semp
 simi j
 Quā
 n^o m
 tis eg
 pub.

t quis
 se non
 lon-
 ante
 in vin-
 pre-
 olidia?
 undan
 ratis,
 : fin-
 tes pre
 quitas
 mpori-
 imo at
 rē pro
 senatū
 ius His
 inus de
 ste sua
 hac re-
 pub.

pub. vestra tot virtutū, & literarū orna-
 mentis decorata iucūdiſſime conqueſce-
 ret. Vobis ergo patres doctiſſimi tātā gra-
 tiā habeo, quātā maximā meus animus
 capere poteſt, referāq; dū viuā, ſiquis
 veſtrū aliquando mea opera vti volet,
 & quo animo in vos ſim, experiri. Nā ſi
 homines ſumus honoris appetētes, & cu-
 pidi: qui alijs bonis externis clarior, &
 magis optādus eſt: ſi opes accurate que-
 rūtur a ſingulis, quæ ornāmēta ſunt &
 ſubſidia vitæ humanæ: ſi petūtur magi-
 ſtratus quos exiſtimatio, & fortuna ſepe
 ſolēt comitari: hoc vno veſtro beneficio,
 omnia ſūma mihi tributa ſunt: quæ ego
 ſemper tenebo, & memoriā huius clarif-
 ſimi facti, crebris ſermonib⁹ uſurpabo.
 Quā obrē digniſſime Cæcellarie, ſi mu-
 n⁹ meū diligenter obui, ſi meis postula-
 tis ceteris doctiſſimorū hominū mirifice
 aſſenſus

I
 Ab ijs q
 aliquo d
 vultur.
 ſunt ben
 ctum d.
 gratiam
 re.
 Distribu

A minu

3
 Numera

DE RHETORICA

assensus est, si Academia exhilarata idē optat, idem precatur: peto a te vt quam liberalitatem in alios viros literatos contulisti in me etiam tui obseruantissimū conferas:

Cancellarij oratio in dandis insignibus doctoris aut magistri, plenior esse debet sententiarum, quam verborum, & leniter, ac sine contentione debet pronūciari.

PRudenter sane, Rector huius Academiae, patres grauissimi, concio nobilis, religiosa, & literata, memoria proditum est (quod tu etiam attigisti) honoribus alii artes, & augeri, & ad studia præmio homines bene à natura constitutos excitari. Nam vt Græcos Olympica corona, Romanos triumphus qui imperatoribus, victoria parta, solebat decerni, ad magnos labores impu-

estimonio

3
simili.

lis

lit: sic
oes Etu
vt aly
cant ho
Etum e
varie
region
medea
imper
iurisce
silia,
ciuita
bus ho
natus
ros lit
ingen
bus in
gresso
diciū
factu

lit: sic in scholis doctoris laurea, iuue-
 res studio si inopiam, vigilias perferunt
 ut alys excellat, & sustineant, aut vin-
 cant hominum expectationem. Vnde fa-
 ctum est, ut Academia nostra efflorescat
 varietate disciplinarum, & ad multas
 regiones viros theologos dimittat: ⁴ qui
 medeantur animorum vulneribus, &
 imperitos sanctis praeceptis informent:
 iurisconsultos, ⁴ qui dent principibus con-
 silia, & legum observatione tueantur
 ciuitates, ⁴ medicos etiam qui a corpori-
 bus humanis morbos depellant. Tu vero
 natus ⁵ nobili familia, ⁴ quae multos vi-
 ros literis, & armis praestantes tulit: &
 ingenio praeditus, quo acutissime de re-
 bus iudicas multum in disciplinis pro-
 gressus es, idq; collegia tibi data, & iu-
 diciū à doctissimis hominibus proxime
 factum, satis aperte confirmauit. quam-

²
 Alaudis
 Academ.
 neuolos
³
 Ab adim.
 que in se

⁴
 Distribuit
 conuenit
⁵
 A causa
 cienti.

⁶
 Ab ad im.
 que tunc

DE RHETORICA.

obrem perge, vthactenus fecisti, & in li-
 teras diligenter incumbere, vt sis lumen
 studiosorum, & illis fructum, tibi glo-
 riam cōpares: quod à nobis postulasti, ti-
 bi libentissime deferemus.

Aliud exemplum. Alia oratio Can-
 cellarij in exornatione viri docti.

Lætor magnopere Rector huius Aca-
 demie, rem prospere cecidisse: vt cū
 intermissa reuocentur studia, & præmia
 dentur literatis, is vir nobis ornandus
 contigerit: qui Academia laudem am-
 plificet, & magno nobis sit ornamento
 futurus. Nam vt taceam eius nobili-
 tatem, quæ suppeditat nobis materiam
 dicendi copiose: vt sileam patrem suum
 qui prudentia, opibus, & autoritate, suis
 ciuibus est præstantior: is est eo ingenio,
 indu-

1
tempore.

2
efficiente

3
atemo.

4
hodiun-
gicūstā

ndust
nores,
lare q
es cre
tos ac
id nom
lio imp
go affi
signat
alijq;
equū
lasti.
Orat
d
SI
ir
da r
iuue
inte

in li
 lumen
 hi glo
 asti, ti
 Can-
 i.
 us Aca
 ut cū
 rgeria
 andus
 n am-
 mento
 nobili-
 eriam
 suum
 e. suis
 genio,
 indu-

ndustria virtute : vt facilius sit eius
 mores, intelligentiam, doctrinam, lau-
 dare quam emulari. Nam publice gra-
 ues crebro sententias defendit: viros do-
 ctos acutis argumētationibus laceffuit,
 id nomen habuit, vt Academia tali fi-
 lio impense, & merito laetetur. Cum er-
 go assiduus labor, vis ingenij, locus de-
 signationum, collegia, quę affecutus est,
 alijq; honores publici suffragentur tibi,
 equū est vt impetres à nobis quod postu-
 lasti.

Oratio Cancellarij, in laurea viri
 doctissimi, qui alijs longe excellit.

SI quādo Rector huius Academiae, Pa-
 tres grauisimi, cōcio erudita, cōtigit
 dare prēmia literatis, & exēplo excitare
 iuuenes ad studia: hodie profecto nobis
 integrū est, siquid indicēdo possumus, sū-

5
Ab effecti

5
Dissoluta
contumē

6
Distribui
singulis.

7
A temp

F. cit la
uolos.

8
A m. i.
sua.

DE RHETORICA.

mum hunc virum amplissimis verbis
 ornare, & animos studiosorum ad lite-
 ras accendere. nam (vt or diamur inde)
 is est nobilissima ortus familia, ex qua
 Viri multi, & praestantes exierunt, quo-
 rum consilio, & autoritate illa resp. cō-
 tinctur: & nunc eius pater ob pruden-
 tiam, liberalitatem, constantiam, pri-
 mas tenet in amplissima ciuitate. Qua
 vero sit ingenij acie, quam flagranti stu-
 dio nobis maximo esse debet argumen-
 to, eum per omnes honorum gradus ad
 hunc apicem candidum, & insigne di-
 gnitatis peruenisse. Nam factus colle-
 ga dialecticus & per abto quadriennio, in
 honorum renuntiatione infinitis pene
 iuuenibus loco praestitit: collega trilin-
 guis in ratione dicendi, cognitioneq;
 Graeca, & Hebraica linguae, tatum ope-
 ra posuit, vt par magistris videretur:

in collegio Theologorum, vis intelligen-
 ti, & doctrina eius eluxit, ut nostris tē-
 poribus, paucos illi equare, neminem
 autem audeam antepone. A scriptis
 vero in collegium primarium, hastam
 maximis lacertis cōtor sit: nā eius actio-
 nes publicae, fuerunt elucubrat & ingenio
 & industria singulari: plena eruditio-
 nis & sapientiae: res, quae ab illo tracta-
 bantur, erant graues, difficiles, fructuo-
 sae: responsa ex theologorum, aut iurispe-
 ritorum fontibus hausta: argumenta fir-
 ma, ut vix possent dissolui. Id clarissi-
 mus doctorum⁷ ordo suis sententijs de-
 clarauit, cum ei proxima honorum re-
 nuntiatione, quae ob sapientiam, & nu-
 merum summorum virorum celeberrima
 fuit, primas detulerit. Quamobrem
 iustissimis de causis te eo afficiemus ho-
 nore, quem a nobis petiisti.

Ab esse

6
Dissolutio7
Ab adim
que circis

DE RHETORICA.

Oratio Cancellarij, qua ornat virū
nobilitate literisq; præstantem.

○ *C*asus mihi oblatus est, Rector hu-
ius Academiæ, Patres grauiissimi,
concio literata, qua minui & labefacta
ri possit eorum opinio, qui falso putant
litteras nobilitati bellum indixisse. Nā
est sint aliqui, parum disciplinarum cu-
pidi, (vt sunt in quolibet hominum sta-
tu) qui ad alia suum studiū adiungāt:
tamen nisi me fallit opinio, educatio ho-
mine libero digna, diligens & honesta
institutio, maiorum splendor eos ad am-
plissima quæque acuit, ac incitat, neq;
opus est extrinsecus exempla repetere:
nam hic vir, vetustate familiæ, cum no-
bilissimis huius regni contendit: & co-
gnati eius, Regum domestici, & admi-
nistri familiarissimi sunt: hic vero ab
ado-

1
diuinitis
circūstāt
est opi-
ominum

2
fectis.

adolesc
trinæ
in prop
sed in
locauit
me co
cana
mus
men
publi
sum
næ fo
cti,
nisse
cū e
sed
tia,
talē
me
tib

adolescencia dedit signa maxime do-
 ctissime: neq; tã in claritate stirpis, quam
 in propria virtute, neq; in opinione vulgi,
 sed in sapientium vocibus suã spem col-
 locavit: cõmentationibus, vt qui maxi-
 me continenter interfuit, opera ante lu-
 cana aequales vicit, de quo multa posse-
 mus in hanc sententiam referre. hoc ta-
 men silentio nõ præteribo, eius actiones
 publicas laudatas à vobis, & indices
 sũmi ingenij, & penitus cognite doctri-
 næ fuisse, eũq; subtilis disputatoris & do-
 cti, ac constantis defensoris nomẽ inue-
 nisse: idq; nostrã hanc sententiã cõfirmat,
 cũ eius lucubrationes, nõ quod nobilis,
 sed quod literati, non gratia sed iusti-
 tia, sine nota cuiuspiã approbata immor-
 talẽ gloriã sint cõsecuta, & hereãt adhuc
 mentibus nostris. Quamobrem debitã
 tibi lauream libenti animo deferemus.

Alia oratio Cancellarij, qua duos
iuvenes laudat literatos & nobiles.

Si agri fertiles, qui non quiescunt, sed
 quotannis, ferunt fructus, maximi
 sunt precij, & expetuntur ab agricolis,
 quanti ducenda Academia nostra est,
 qua non singulis annis sed singulis mē-
 sibus, & horis edit fetus copiose? fre-
 quentia vero literatorū, quae hoc anno
 insignibus honoris affecta, scholam no-
 stram illustrat, innumerabilis est, & li-
 teris instructissima, ex qua duo isti iue-
 nes in primis constiterunt, & sunt lau-
 datione dignissimi. Nam unus eo-
 rum antiquissima³ natus stirpe, ingenio
⁴ studio, & literis floret: & tam paratus
 ad respondendum paucos ab hinc dies in
 locum publicum venit, ut viri docti,
 qui aderant, promptam, eruditam, so-
 lidam

dam r
 eum l
 onorio
 o intel
 fiduo
 um po
 nis illi
 era vt
 em, &
 ebat. c
 etur, t
 ime lab
 is locus
 ma pet
 enter e
 Alia or
 A Cad
 le, p

uos
 sed
 imi
 lis,
 est,
 mē
 re-
 no
 o-
 li
 ue
 t-
 o-
 o
 s
 a
 o

dam rationem refellendi mirati publi-
 cum laudibus extulerint, & ⁵ Iudices Ab adiun-
 honoribus exquisitis affecerint: alterve que circū
 intelligēdi vi, acri, & limato iudicio
 fiduo labore, spectata virtute, tan-
 tum potuit, ut acerrimis, & doctissi-
 nis illius cētus, se equauerit. Et re-
 vera vtriusq; doctrina, longam oratio-
 nem, & distinctam ornamentis requi-
 rebat. cum ut illis honor debitus tribue-
 retur, tum ut alij hac laude accuratis-
 sime laborem susciperent. Sed quando
 is locus non est, esse debet vestrae iustis-
 sime petitioni, nosq; officium nostrum li-
 berenter exequemur.

Alia oratio Cancellarij, qui laudat
 duos magistros

A Cademia nostra, Reclor huius scho-
 lae, patres grauiissimi, crudita corona

S 5 nunquam

DE RHETORICA

nunquam desistit viros doctos in lucem
 edere, quibus decorata gaudio exultet,
 & eius fama apud alias nationes cele-
 bretur. Nam quamuis ij, quos presen-
 tes intuemini serius ad honorem peten-
 dum acceſſerint, non litera, non locus,
 non virtus eos defecit: sed pecunia, qua
 solet sapiētibus langorem afferre, & ho-
 nestos conatus retardare. vnus enim illo-
 rum à Fortuna habet beneficia maxima:
 nam est eorum sanguine creatus, qui
 honore & virtute suę vicinitati lōge pre-
 stiterunt. Is vero maiorum vestigia secu-
 tus, honestatem assidue coluit, doctis ho-
 minibus familiariter vsus est, & ad eā
 doctrinę laudē peruenit, vt de eo spes sin-
 gularis haberetur, alterū magister ob
 egregiā indolē, ac re ingenii, ardēs stu-
 diū vnice dilexit: & iudices, quos ad fa-
 ciendū ingeniorū periculū cōstituit Acade-

I
 mporre.

diuētis
 insunt.

diuētis

4
 diuētis
 circūstāt

nia, ho
 runt: q
 re gen
 est, vt
 vit: id

Exorc

H

p
 ma su
 graue
 sim as
 piente
 dixit
 sente
 digni
 ris h
 rj, d
 profe

nia, honorificã de eo sententiam tulerunt: quæ ille coniungens cum splendore generis & vitæ probitate dignissimus est, ut impetret, quod à nobis postulavit: idq; viriq; libèri animo deferemus.

Exordium orationis, qua iudex inde
claminatione facit iudicium

Hypocrates nobilissimus autor, qui pene diuinitus medicine firmissima fundamenta iecit, & in breues, ac graues sententiâs inanes verborû, plenissimas doctrinæ, eius artis arcana sapienter inclusit: initio diuini operis dixit, iudicium esse difficile. quam sententiam licet illud immortalitate dignum ingenium ad morbos corporis humani retulerit: qui cum sint varij, discrepantes, ex dissimilibus causis profecti, signa tamen habent nonnunquam

^r
A testim

DE RHETORICA

quam primo aspectu communia, & me-
 dicos etiam doctos in errorem, miseros
 egrotos ad mortem detrudunt: tamen
 in omni disciplina, in omni re, quae ha-
 bet aliquod pondus mihi videtur esse
 verissima. Nam ut ommittamus de iu-
 dicio morborum recordari, cuius difficul-
 tas tot hominibus vitam eripuit, tot
 viduas fecit, tot filios parentibus, tot
 parentes filiis orbavit: quod exponere
 nullius fructus, & infiniti laboris esset,
 vno aspectu possumus intueri, quantum
 negotium facebat hominibus cum hoc
 onus iudicandi illis imponitur. Quid
 enim obsecro difficilius potest inueniri
 quam bonum alienum curare, in quo cer-
 nitur iustitia: suum despicere, quod pro-
 prium est imprudentiae? quid tam labo-
 riosum quam veritatem inuestigare,
 quicquam sibi nullam impertire, in assidua
 soli

specie
 iudicis
 difficil
 iudicij
 ergo di
 iudica

estis.

busd
 us ter
 ficur

alicit
 us ing
 ar er
 apien
 vel pa
 o te a
 id per
 actur
 inimic
 poten
 pere: q
 erit g
 a son
 turba
 adm
 N. a
 gnas
 rum
 He
 rabil

solitudine, & anxietate versari? quæ
 ingenij, quæ literæ, qui rerum vsus
 erit tanto muneri, præsertim in hoc
 sapientissimorum hominû confesso, ubi
 vel parietes ipsos pertimescimus? Si ve-
 ro te animo, & cogitatione conuertis
 id periculum iudicanti imminens, ad
 aeternam fortunarum & honoris, ad
 inimicitias graues, quas solet iudex cû
 potentibus, & copiosis hominibus susci-
 pere: quod suum cuiq; tribuerit: dolor
 erit grauior, metus vehementior: qui te
 à somno, ad vigiliam: à quiete, ad per-
 turbationem: à vita florenti & beata,
 admiseram, & erumnosam traducat.
 Nam vt a poetis ordiamur, qui res ma-
 gnas, & sapientiæ plenas, sæpe fabula-
 rum integumentis occultant, reperiemus
 Hectorem fulmen belli Troiani mise-
 rabiler extinctum, Priami florentissi-

5
 Ab actum
 qua circū

7
 Patiaconi
 tia.

2
 Verg. euei.
 6
 Ab specie.

DE RHETORICA.

mum imperium deletum, pulcherrimam
 urbem ferro, & igni consumptam, Pari-
 dis fatali, & calamitoso iudicio.² Aga-
 memnon etiam Græcorum maximus im-
 perator, multis conuitijs fuit laceffitus,
 quod Polymnestori iuste erutos oculos
 occisosq; liberos, ob necem Polydori, ab
 Hecuba & ancillis Troianis iudicauerit.
 sed vt relinquamus Poetas, quibus ob li-
 centiam fingendi aliquando non creditur:
 veniamus ad historiam, quæ rerum gesta
 gestarum enarrationem suscipit, & fi-
 dem hominibus facere conatur. Quis ne-
 get odium acerbissimum, sæpe iudicibus
 creari? quis non fateatur iudicia facta,
 rerum amissionem, & interitum mul-
 tis attulisse.³ Cyrus Persarum rex cum
 nuer esset & iudicis personam induisset,
 casus verberibus penas iudicij facti pe-
 pedit.⁴ Liuius Salinator dānatus exar-
 sit

²
 ipides in
 uba.

³
 ophon in
 institutio

⁴
 er. max.

2. cap. 3.

it ira
 legã,
 anim
 mera
 Labe
 & tra
 præci
 solui
 bis, p
 pitis
 extin
 redu
 thag
 lacu
 ne g
 post
 mu
 Scip
 tati
 por

it iracundia, & in Claudiū Neronē col
 legā, qui illum damnauerat, pari pena
 animaduertit. Quintus Metellus, nu-
 meratus inter rara felicitatis exempla,
 Labeonē è senatu mouendū iudicauit:
 & tractus ad saxum Tarpeium, vt inde
 precipitaretur, obiti muneris penas per
 soluit. Cicero pater patriæ, defensor vi-
 bis, propugnator libertatis, damnauit ca-
 pitis ciues perditos, flāmā coniurationis
 extinxit, quæ postea in eius calamitatē
 redundauit. Hānibal nobilissimus Car-
 thaginiēsum imperator, qui ad Trebiā,
 lacu Thrasimeno, pugna Canensi, opinio-
 ne grauius rem Romanam afflixit, quod
 post Alexandrum & Pyrrhū se maxi-
 mum imperatorem iudicasset, irrisus à
 Scipione in crimen audaciæ atq; temeri-
 tatis incidit. Priscis vero & nostris tē-
 poribus, Regū senatores, & qui præ-
 sunt

DE RHETORICA.

sunt tribunatibus, quã acerbis cū potē-
 tibus susceperint inimicitias, quam gra-
 uia adierint pericula, quoties de digni-
 tate deiecti inuidiam quasiuerint sua
 posteritati, quis non videt? in retam tri-
 ta quis potest esse hospes & peregrinus?
 Sed quoniam nobis non est integrum la-
 bore recusare, & danda nimirum ve-
 la sunt quocunq; feremur: vos nobis è
 portu soluentibus secundam nauigatio-
 nem debetis precari, & ego utriusq; bo-
 na in quandam summam referre cona-
 bor. Video enim Alexandrum neruo-
 so corpore, magnis lacertis, firmis late-
 ribus præditum, acie ingenij, & altitu-
 dine animi singulari, Urbe Thebanorū
 euersa, reliquam Græciam pacasse: qui
 triginta quinque millibus hominū instru-
 ctus, pedestribus, & equestribus copijs
 pene infinitis cinctum Darium supera-
 uit,

uit, impedimentis exiit, *Asiam, Arme-
niam, Iberiam, Albaniam, Syriam, Aegy-
ptum cepit, Taurum montem Cauca sumq;
transgressus, in Babylis, Persis, Me-
disq; dominatus est, victor India, totoq;
oriēte possesso per vestigia Liberi Patris,
Herculisq; vagatus, gloriam imperij to-
tius orbis sibi quaesuit: cui redenti Ba-
bylonem, ex ultimis gentibus legati
cum vnicum Regem terrarum agnos-
centes, & congratulantes obviam pro-
cesserunt.*

*Contra vero Caesar animo inuictō,
& in credibili celeritate mentis orna-
tus, qui fuit decus Italia, lumen impera-
torum, domitor barbararum gentium,
summus disciplinae bellicae architectus,
clementiae, & magnanimitatis documē-
tum singulare, me in hac intuentem cō-
urbat. Qui vna acie trecenta Helue*

T ciorum

DE RHETORICA.

ciorū millia fudit, Galliā vniuersam a Pyrenæis ad Alpes, ab Oceano ad Mare nostrū subegit, & Ariouisto pulso in Germaniā, in Britaniā exercitum traiecit, quinquagies, collatis signis cum hoste pugnavit: idē Undecies centena & nō aginta duomillia hominū interfecit, exceptis stragib⁹ belli ciuilis, in Macedonię cāpis Cneū Tōpeiū summū imperatorem deuicit, Asiā, Bythiniā, Capadociā, Siviā, Ægyptum, Hispanias occupauit. & erū tandem potitus, Dictator perpetuus appellatus est. Quæ singula si cōpares, nō dubito quin animus in varias sentētias distractus vacillet & quo in iudicando se conferat prorsus ignoret.

De est hic comparatio factorum, & virtutū, quę vtendo paribus debent comparari, & postea iudicium fieri, & ad extremum, damnarum debet Orator consolari.

De

Loc
ex, aut
in infir
causas

Pol
nas, ali
varijs

D

L

De locis communi- bus liber 6.

Locus communis est, ut laudatio Rhetorice, aut iustitiæ: qui dicuntur communes, quia in infinita quæstione versantur: & ad multas causas possunt adiungi.

Posui aliquot, qui pertinerent ad disciplinas, aliquot vero ad virtutes, fere omnes ex varijs Ciceronis locis deprompti sunt.

De laudibus Eloquentiæ, locus communis.



AVDIBVS magnis
Eloquentia debet extolli. Propositio
est enim animorum modera 2 A conbol

DE RHETORICA.

trix, reliquarum artium lux persuadē-
 di facultas, pacis, & otij socia, & quasi
 constituta civitatis Alumna: quae tenet
 hominum cœtus, mentes allicit, volun-
 tates impellit, vnde autem velut dedu-
 cit: hæc populi motus, ludicum religio-
 nem, Senatus auctoritatem consilio &
 oratione convertit: fert opē supplicibus,
 dat salutem, retinet homines in ciuita-
 te. hæc dispersos homines vnum in locum
 congregavit, aut à sera, agrestiq; vita ad
 humanum, civilemq; cultum deduxit,
 aut constitutis ciuitatibus, leges, iudi-
 cia, iuraq; descripsit, quid homines ad ho-
 nestatem incitat vehementius? quid ar-
 cet a turpitudine acrius? quid voce vul-
 nerat improbos asperius? quid virtutē
 celebrat ornatius? Hac enim orator va-
 cillantes confirmat, cadentes sustinet,
 stantes prosternit, repugnantes capit:

hac

Effectus.

olutio.

tributio.

ore. 1.

Effectus.

ac² inflāmat animos hominum, mentes
 inflāmatas restinguit, & inuitas ac re-
 ugnantes ad suam utilitatem confor-
 mat, vt in hominum conuentu merito
 cognare dicatur. Hac³ Pericles cōsilio
 & doctrina excellens, annos quadragin-
 ta magna cum laude Atheniensibus pre-
 uisit, & Anaxagoræ præceptis, instru-
 uentisq; optimarum artium locupleta-
 us, aculeos in animis hominum impres-
 os relinquere, & tonare, ac fulgurare
 in hominū conuentibus dicebatur. Hac
 dicere cunctis præstitit, qui cū incredi-
 bili ingenij acie & ingenuis artibus præ-
 litus, infima⁴ subtiliter, mediocria tem-
 perate, magna grauitate diceret, innocē-
 tes sæpe ex manibus inimicorū eripuit:
 Catilinam furentem audacia, ex oculis
 insidijs in apertum latrocinium con-
 uertit: Antonij Sensus lacerauit: Rulli
 fraudes

²
Dissolutio

³
A cōgloaa

⁴
Distributio.

D E R H E T O R I C A

fraudes conātis ferre leges Agrarias de-
 texit, occidentiq; pene reip. multisq; lu-
 ctibus, funeribusq; subuenit: ciuesq; extu-
 multu ad otium: ex bello ad pacem: ex
 erumnis ad statuem florentem magna
 cum laude traduxit.

negat.
 lectis
 n. 1

Etiam eloquentiæ neruis Hierony-
 mus Iouiniani somnia deleuit, Rufini
 falsa crimina confutauit, Heluidio ver-
 borum iactationem excussit. eiusdem
 ornatu Theodoretus selectas scripturae
 sententias eleganter exposuit, diuinam
 prouidentiam asseruit, impios stultitia
 conuicit, & rem luce clarius expli-
 cavit. ex eadem Chrysostomus sacro-
 rum concionatorum magister, optimus
 scripturam interpres, seuerus vir-
 tutis custos, catholicae veritatis a-

cerrimus

cerimus defensor nomen dicitur in-
uenisse, & gloriam sibi immortalem
comparasse.

Si pictura quæ in hominum, anima-
lium, orbium aut aliarum rerum pin-
genda specie versatur, & condecencia
partium, oculos corporis voluptate
devincit: quanti debemus eloquen-
tiam æstimare quæ internas animorum
virtutes perspicit & perspectas ve-
luti suis coloribus distinguit, ac expri-
mit? & hominibus non audiendas mo-
do sed spectandas proponit? O lumen
disciplinarum, venustatem disputa-
tionis, O sermonis admirabilem or-
natum, sine qua manca est, & ieiuna
omnis disputatio.

De Dialectica locus
communis.

DE RHETORICA

titio. **D**ialectica accurate ediscenda est. cū
tribus
rebus. enim illa rationem doceat inuenien-
eēt. di, & iudicandi, quibus tanquam præ-
orat. cipuis partibus continetur, studiosoq;
 suis præceptis ad decertandum cum ad-
 uersario, in formet, instruat, atq; armet:
 æquum est, ut acutissimus quisq; iuue-
 nis ad eam suum studium & diligentiam
 conferat, & in tam vtili disciplina dies
 & noctes laborandum esse arbitretur.
 ea enim rem vniuersam tribuit in par-
 tes, latentem explicat definiendo, obscu-
 ram explanat interpretando, ambigua
 distinguit, simplices, & compositas no-
 tiones acute perspicit, quæ quibus sint
 consequentia regula veri & falsi consi-
 derat. Huius artis beneficio studiosus
 argumenta ex locis ducit, aduersariū in-
 terrogat callide, quo nolit adducit peri-
 te incōstantis sæpe cōvincit, elingūe red-
dit,

dit, fallaces, & captiosas argumētatio-
nes dissoluit: & quod erat ab aduersario
apprehensum ex manibus eius inuitis
& regnantibus extorquet.

A congio

Hæc enim ars inuentrix est veri-
tatis, & deletrixq; falsitatis, instrumen-
tum aliarum artium, ars diligens disse-
rendi: sine qua ceteræ disciplinae claudes-
cant, & munere suo nequeunt conue-
nienter fungi. Hac præditus Zeno Stoico-
rum acutissimus, contortis & aculeatis
conclusionibus, aliorum sententias labe-
factavit, tenebras clarissimis rebus ob-
duxit: hac tantum Diuus Augustinus
vir sapientissimus excelluit, ut sit tri-
tum, subtilitatem disputandi, qua sum-
mus hic vir uteretur, ut pestem teterr-
mam ab aduersarijs esse pertimescen-
dam. Nam earum rerum quæ abscon-
ditæ sunt demonstrato & notato loco

A conio

A similitu-
ne.

DE RHETORICA.

facilis est inuentio: Sic cum peruestigare argumentum aliquod volumus, locos huius artis in promptu habere debemus ut aduersarium possimus irretitū tenere, laqueisq; & catenis disputationis constringere.

Huius artis præceptis in omni disputatione utuntur philosophi: hanc singulari complectuntur studio iuris periti, siue ea medici, theologi, aut vlli magni artifices in subtilitate disputandi non possunt versari.

Philosophiæ locus communis.

1
positio.

2
aglobasis

Celebranda laudibus ¹ Philosophia, & in ea accurate opera ponenda est. Si enim hac est ² nuncia natura, morum magistra, causarū inuētrix studiū sapiē

tie,

ię, animi medicina & vniccum vitę so-
 latiū: si in naturę obscuritatē, morūq; ra-
 tionem distributa, veritatem in pro-
 fundo demersam inuestigat, rerum
 causas exquirat, abditis ē fontibus hau-
 rit, opinionum commenta delet, natu-
 rę iudicia confirmat: quid ea potest in-
 ueniri præstantius? quid ex cogitari ad-
 mirabilius? Si docet speciem, candore
 remq; cęli, deinde conuersionis celeri-
 tatem tantam, quantam excogitare nō
 possumus, tum vicissitudines dierum,
 & noctium, commutationesq; tēporum
 quadripartitas, ad maturitatē frugū,
 & ad tēperatiōnē corporum aptas, eo-
 rumq; moderatorem, aducem Solē, Lu-
 nāq; accretione, & diminutione luminis
 quasi fastorum notantem, & significan-
 tem dies, quis in ea ingenij neruos non
 contendet? Si docet in eodē orbe in duo

3
 Apertib.
 4
 Ab effect.

5
 Inscul.

8
 Ab adiun-
 circa que
 effectis stel-
 rum

decim

DE RHETORICA.

decim partes distributo, quinque stellas
 ferri disparibus inter se motibus, eosdē
 cursus constantissime seruantes, in qui-
 bus immensa infinitaq; vetustas nihil
 vnquam sit mentita: quarum summa Sa-
 turni refrigerat, media Martis incēdit,
 his interiecta, louis illustrat, ac tēperat,
 ipse Sol mundum sua larga luce com-
 plet, & ab eo Luna illuminata grauidi-
 tates affert, partus, maturitatesq; gignē
 di: quid potest cum philosophia de digni-
 tate contendere? aut quis tam ignauus
 erit aut stultus, qui in ea suam gratiam
 contriuisse non latetur?

Hec tradit reliqua corpora, ex
 quibus cetera constant, partim pon-
 dere deorsum, partim leuitate in subli-
 me ferri: à Soleq; vapores, ex aquis,
 terrisq; tepesactis excitari, in nubes co-
 gi, & frigore concretos in terram resun-
 di,

cor. 1. a.

in fin
 na.

cor. 2.

di, e
 auge
 & a
 cont
 ri. E
 tur è
 gene
 vt eq
 vena
 vero
 qua
 Deor
 reris
 dine
 & ca
 nemq
 statu
 pote
 tibus
 S

di, eamq; modo imbribus, modo niuibus
 augeri: aliquando cum ingenti iactura,
 & dolore agricolarū, vites, arboresq;
 contundi, & fruges grandine verbera-
 ri. Ea docet fructus, & reliqua qua oriū-
 tur è terra, animantium causa fuisse
 generata, animantes autem hominum,
 vt equum vehēdi causa, arandi bouem,
 venandi & custodiendi canem: hominē
 vero ipsum consilij & rationis compotē,
 quasi contemplatorem celi & cultorē
 Deorum in terris constitisse: qui causas
 rerū & consequutiones videat, similitu-
 dines transferat, disiuncta coniungat,
 & cum presentibus futura copulet, om-
 nemq; complectatur vitæ consequentis
 statum. Quo rerum apparatu quid esse
 potest magnificētius? quid eruditis men-
 tibus iucundius?

1
A sine.

Si veo de³ Dijs immortalibus, de
 pietate,

3
Ab adim. Et
circa qua.

DE RHETORICA.

pietate, de concordia, de amicitia, de
 3
 1107c. I. communi civium, de hominum, de gen-
 tium iure, de æquitate, de temperan-
 tia, de magnitudine animi, de omni
 virtutis genere, de beata vita sit dicen-
 dum: si de civitatibus instituendis, de
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

Hanc coluit Socrates, qui iudicio
 totius Græciæ, prudentia, & acumine,

subti-

subtilitate, & venustate, tum etiam
 varietate, & copia, quamcumq; se in par-
 tem dedisset, omnium fuit facile princeps:
 qui scientiam rerum, & ornatum ver-
 borum, res inter se coherentes suis diffu-
 sis disputationibus separavit. Ea excel-
 luit Plato, qui ingenium Socratis, variosq;
 illius sermones, suis scriptis tradidit im-
 mortalitati. Alijs laudem philosophæ di-
 præripuit Aristoteles, qui enucleate de
 rebus vniuersis diseruit, & collectis
 aliorum scriptis, hanc disciplinam mu-
 tilam, & dissipatam, in miram docendi
 rationem inclusit, & merito sibi nomen
 philosophi vendicavit.

De medicina locus communis.

ET si homines imperiti, qui riuulos
 consecrati, fontes disciplinarum,
 nunquam

Ab adu-
 que circ-

nunquam viderunt, medicamentis abusi, arti dedecus, egrotantibus vero immaturum interitum attulerunt: & quamquam Plinius historicus natura, populum Romanum annos sexcentos, sine medicis vixisse commemorat, & in vetus in Græcorum licentiam, medicos de Catonis gravissimi viri sententia exagitavit atque contempsit: quæstusque est in inscitiam Medicorum capitalem, nulla lege animadverti, nullum extare exemplum supplicij: non tamen id circo ars, quæ præceptis saluberrimis & ad usum utilem vitæ spectantibus, continetur, debitis sibi laudibus debet priuari: nisi idem crimen in reliquas utilissimas artes temere transtuleris. Medicina enim est cõservatrix valetudinis, acerrima morborum expultrix, unicum egrotantium præsidium: hæc tantum.

inonio

Panatis
tionib.

apud veteres valuit autoritate, ut
 eius inuentio, non hominibus, sed Dijs
 immortalibus consecraretur. ea enim
 simplicis, & compositi medicamenti ef-
 ficaciam considerat, etatem, constitu-
 tionem, roburq; egrotantis cernit, vim
 & naturam morbi, accessionem, statum
 & decessionem expendit: & eorum sin-
 gula cum alijs comparans, inedia, mis-
 sione sanguinis, aut purgationibus, hu-
 morem ex corpore redundantem depel-
 lit, morbos desperatos profligat, &
 egrotos iam pene deploratos sepe ab in-
 teritu liberat.

Si vero ad figuram, fabricamq; cor-
 poris humani, te animo & cogitatione
 conuerteris absolute operationis suspen-
 sus obstupesces: & ut ex impijs & san-
 ctis, non nulli, hoc argumento confir-
 mant, contra stultissimos homines, erro-

V ribus

1
 Dissolutio
 continetia

2
 & insingu

3
 Cicer. natu
 2. Galen
 lib. 4. de v
 p. a. tium.
 Theodore .
 mi. de pron
 Basil. homi
 exame.

DE RHETORICA

ribus mentis obsecratos, mundum summi Dei providentia, perspicue intelliges, gubernari. Nam si videris cibum dentibus anterioribus diuisum, intimis vero emollitum, & confectum, adiuuantemq; lingua per stomachum, in ventriculum, cibi & potionis receptaculum, depelli, ibiq; tanquam in promptuario, totius corporis, virumq; cogi, atq; confundi: non desistes diuinum hoc artificium prædicare. Cum rursus videas, diuina illa ventriculi facultate, illud sic concoqui: vt quod crassum, & terrestre est, in fundum ventriculi detrudatur: quod vero tenue est, & ad alendum idoneum, perfectius elaboretur, idq; venis tanquam baiulis, præciso & tortuoso aditu, inrecur, veluti in opificem, & architectum sanguinis deferatur: sine dubio medicinam

lau

audibus extolles tradentem tam subiti-
 ter hæc arcana corporis humani. cres-
 cet admiratio fabricæ, si in diuinam, ple-
 namq; sapientiæ sanguinis officinam,
 oculos conieceris: nam¹ vt vini musti ex
 maturis racemis expressi, quod crassum
 est subsidet, tenue vero² instar spumæ
 natat in summo: sic iccur perinde, ac si
 esset intelligentiæ particeps, succū perue-
 nas¹ mesaraicas delatum, per purgat, in
 sanguinē cōuertit: Scū feces in splene, et
 subtile depulit in vesicā, elaboratū, et
 purū sanguinē, vena cava in vniuersū
 corp^o defundit: qui conuenienter nature
 sue alit, et sustentat animantes. dies
 me deficeret, lineas mei transirem insti-
 tuti, si ea deberem oratione persequi,
 quæ in pulmone necessario, vocis, et
 respirationis instrumēto: in corde,³ vnde
 proficiscuntur arteriæ: in cerebro ex quo

¹
A simili.

²
Galenus
lib. 5 de
v. sup. art. 10

³
Distribuit
coniunct.

DE RHETORICA

vis sentiendi pro manat, sunt ad vite
administrationem & incolumitatem
mirabiliter effecta. Quae omnia plane
constat a medicinae praeceptis proficisci.

ingatis Ad hanc artem Hyppocrates medi-
corum Homerus, nobilissima Herculis
familia natus, diuinum illud ingenium
accurate contulit: & contempto lucro,
studioq; publicae incolumitatis incensus,
curandis humanis corporibus, tantam glo-
riam est consecutus, ut idem honor,
ipsi, qui Herculi, à Graecis decerneretur:
& eius scripta omnibus numeris exple-
ta, tanquam oracula diuina, singula-
ri consensione, omnis posteritas appro-
bauerit.

Eam inchoatam ab Hyppocrate ca-
rentem adhuc magnis praesidijs, Gale-
nus acerrimus indagator naturae, philo-
sophiq; maximus antistes, alterq; parēs
medicinae

vite medicina, singulari ingenij abundan-
 tia, exquisita doctrina, orationis vberta
 e perfecit, debitisq; illi, partibus, & or-
 namentis copiosius locupletavit. ea Ale-
 xander Trallianus excelluit, qui morbi
 natura quesita, signis communibus &
 proprijs indicatis, medicamentoq; ut ra-
 tio postulat appposito breuiter, distinte,
 viam curandi humana corpora medicis
 sapienter commonstravit.

Jurisprudētiæ locus com-
 munis.

Vnde de iurisprudētia laudationem
 exordiar? quid in illa? non præcla-
 rum, non magnificum, non splendidū
 reperitur? Nam si ius in legibus, sena-
 tus consultis, rebus indicatis, magistra-
 tum edictis, pontificum decretis, more,

A patibus
 manus &
 put.
 accomparat

DE RHETORICA.

comparatis **E**t aequitate consistit, quid eo potest esse
conglouatis praestantius? quid reip. vtilius? quid eru-
 ditis iucundius? quid magis hominibus
 necessarium? iuris enim scientia, et an-
 tiquitatis effigies, ratio regendae ciuita-
 tis, ars aequitatis et iustitiae, legum, san-
 ctionumque magistra: haec tradit reip. guber-
 nacula sapientibus: gloriam immortalē
efficiens impertit eruditis, parit amicicias prin-
 cipum, praesidium atque opes comparat
 ciuitati, verborum vetustatem pris-
 cam, vitam, moresque declarat. Ex his
 enim dignitatē maxime expectandā vide-
 mus, cum verus, iustus, atque honestus
 labor, honoribus, premijs, atque splendo-
fectis. re decoratur: vitia hominum, atque frau-
 des, damnis, ignominijs, vinculis, verbe-
 ribus, exilijs, morte multantur: et doce-
 mur non infinitis, concertationumque
 plenis disputationibus, sed autoritate,
 nutuque

utiq; legū, domitas habere libidines,
 oercere omnes cupiditates, nostra tueri,
 ab alienis oculos, mētes, manus abstinere:
 fremāt omnes licet, dicā tamen quod
 sentio: bibliothecas mehercule omnium
 philosophorum, vnus mihi vide
 tur duodecim tabularum libellus, si
 quis legum fontes & capita viderit,
 & autoritatis pondere, & utilitatis
 vbertate superare. Quintus Scuola,
 homo omnium, & disciplina iurisciui-
 lis eruditissimus, & ingenio, pruden-
 tiaq; acutissimus, & oratione maxime
 limatus, atq; subtilis: hac arte, iam
 inde, ab adolescētia sibi subsidium
 comparauit, non solum ad causarum
 vsum forensem, sed etiam ad decus atq;
 ornamentum se neētutis: iuris interpre-
 tatione, eius vestibulū, in infirma valetu-
 dine, affecta iā etate maxima quotidie

DE RHETORICA.

frequentia civium, ac summorum hominum splendore, celebratur. Quid dicā denostri iuris peritis? hi enim suis clientibus¹ cauent, consulentibus² respondēt, afflictis solatium præbent, aliena occupantes de loco, & possessione deturbant, superborum animos comprimunt: coluntur à proceribus, locupletantur à copiosis, & domus illorum est, tanquam oraculum, & perfugium civitatis: hac prætores urbium, & triumviri capitales de criminibus inquirent, innocentibus subveniunt, castigant improbos, tuentur bonos, purgant vrbes, arcent facinorosos a scelere, perditos reuocant a flagitio: huius artis præceptis, consilia regum, quid e repub. sit futurū, expēdunt, causarum momenta ponderant, decreta modo iustitia, modo æquitate metiuntur, aliorum tribunalium iudicia

ff. str.

utio.

supra
ua.

lo. anti.

etis.

cia

cia rescindunt, ad urbium, prouinciarum,
 regnorum pacem, & tranquillitatem suas
 cogitationes intendunt. ¶ quemadmo- *A simili*
 dum medici, nonnunquam partes corpo-
 ris infectas circuncidunt, atque ampu-
 tant, ne possit malum longius serpere &
 alias partes contaminare: sic iurisperi-
 ti alios in carcerem, alios ad mortem de-
 trudunt, ne possit in alios ciues depra-
 uatio morum, & eadem corruptela mana-
 re, & fundamenta ciuitatis eodem mo-
 tu labefactata conuellere. O scelerum *Exclamatio*
 vlticem, o pacis sociam, o adiutricem vir-
 tutum, o vinculum equitatis, o magi-
 stram iustitiae. Quid pagi, quid muni-
 cipia, quid vrbes, quid omnis hominum con-
 uentus sine te agere potuisset?

Theologiae locus com-
 munis.

DE RHETORICA.

In nobilitas & præstantia disciplina-
rum, ex re, in qua versantur, ut sum-
mi scriptores memoria tradiderunt,
statuenda atq; iudicanda est, qua ora-
tione Theologia dignitatem debemus
extollere, quibus laudibus tam splendi-
dam, & illustrem disciplinam celebrare;
cum enim sermonem inferat de Deo, eter-
no, infinito, & immenso, ut vis nominis
ostendit, de sanctissima Trinitate, de An-
gelis, vacatibus omni cōcretionem morta-
li, de anima rationis cōpote, & Angelis
finitima, de virtutibus, que vitiorū &
affectionū humanarū vulnera possunt
sanare. Quid ea disciplina potest inueni-
ri præstantius? quid capacissimas hominū
mētes implere, tã cumulate: sed obstupes-
cit humana ratio, dū se in diuina intēdit
mysteria, illudq; præcipue cōsiderat quo
verbū diuinū, infinita sapiētia, splendor,

si loquitur

ad iudicandis
a que id
obiectis

& es
stris
corp
mēt
posse
ex a
simo
man
em
tutu
fun
arti
ut
ani
doc
crit
leru
cele
flor
cos

o

& expressa aeterni patris imago, in no-
 stris vulneribus mederetur, humanum
 corpus assumpsit. Unde subsidia, & sacra
 mēta, quib⁹ homines ex ruinis excitati
 possent celestē felicitatē consequi, tāquā
 ex abundantissimo, perenni, & augustis-
 simo bonitatis & sapiētie fonte diuini?
 manauerunt. hęc celestis disciplina est
 emēdatrix vitiorū, cōmendatrixq; vir-
 tutum, lumen animi, oblectatio mentis,
 funus & interitus impiorum, aliarum,
 artium regina, cui omnes inserviunt,
 ut comites atq; ministrę. hęc saturat
 animos bonarum cogitationum epulis,
 docet peccati deformitatem, gratiæ pul-
 critudinem exprimit, officiorum, & sce-
 lerum momēta, equa trutina ponderat,
 celestia domicilia, vitā beatā, statum
 florentem exponit: carcerem tenebri-
 cosum, mortem sempiternum, acerbis-
 simas

Al adiu
 circa que

I
 Ac ig. on
 definitio

Ab eff. et

D' sibi
 ia con.

DE RHETORICA.

sima damnatorum supplicia declarat,
 illis homines ad officium colendum, &
 virtutis pulcritudinem adamandam
 hortatur, his a turpi, & facinorosa vita
 deterret. ³ Hæc lumen affert rebus, cali-
 ginem ignorationis depellit, inhuma-
 narum & diuinarum rerum inquisitio-
 ne regnat, in concilijs generalibus domi-
 natur, leges sanctissimas condit, hostes
 religionis prosternit, hereticorū phalā-
 ges ccōulcat, impias machinationes euer-
 tit, doctrinam catholicam quasi vehen-
 tem quadrigis, & de hereticorum su-
 perbia triumphantem tuetur, fouet atq;
 sustentat, ⁴ O celestem disciplinam, o du-
 cem beatæ vitæ, o magistram virtutis,
 o nuntiam felicitatis: tu⁵ quæris animis
 nostris præsidia, fallaces demonum ar-
 tes patefacis, naturæ blandimenta as-
 pernaris, Voluptatis de tegis illecebras
 huius

omatio.

5
fictis.

strarijs
stecede
ppis.
siue
& pre

vius sec
 us ad pr
 caducis
 caducis
 uspiciur
 ingular
 us Mus
 issimo s
 vitæ, cu
 mplissi
 re. Na
 di, in ed
 his liber
 restitui
 pestiuat
 ex mole
 ut lax
 dius in
 tentis
 quiesca

arat, ¹ ius seculi fraudes enudas, & a vili-
 us ad preciosa, a terrenis ad celestia,
 dam caducis ad sempiterna, animos nostros
 vita caducis. ² te frequentant studiosi, te
 cali- ³ aspiciunt eruditi, te cætus religiosorū
 na- ⁴ ingulari complectuntur studio, tibi cho-
 sitio ⁵ us Musarum cedit, facesq; animo liben-
 omi ⁶ tissimo submittit: tibi tādē innocentia
 stes ⁷ vita, cumulum virtutum, plurima, &
 alā ⁸ simplissima bona debemus accepta refer-
 uer ⁹ re. Nam quem admodum ¹⁰ ars medicen-
 pen- ¹¹ ti, inedia & purgationibus corpora mor-
 su- ¹² bis liberat, & in sanitatem pristinam
 tq; ¹³ restituit: Sic hæc celestis disciplina tem-
 odu ¹⁴ pestiuam facit animis medicinam, eosq;
 tis, ¹⁵ ex molestijs, & perturbationibus eripit,
 nis ¹⁶ ut laxati ex vinculis peccatorum, iucū-
 ar- ¹⁷ dius in honestate, & summi ac præpo-
 af- ¹⁸ tentis Dei cultu, & obseruantia con-
 as ¹⁹ quiescant.

A coniugati

ca summi
tio.3
A simili.

Prudentia

Prudentiæ locus communis.

4
globatis
ne.
admittis
a que
 Omnes homines flagrant inexplebili
 veri vidēdi cupiditate, labiq; & er
 rare, malū & turpe ducunt, prudentia,
 que in veri inuestigatione versatur, pro
 xime naturam attingit humanam, &
 laudem incredibilem, præter ceteras
 virtutes sibi debet vendicare. illa enim
 est ratio rerū agēdarū, regula aliarum
 virtutum, morū singularis magistra: illa
 bonum sibi semper proponit, omnia ho-
 nestate metitur, appetitum rationi obe-
 dientem præbet, de bonis humanis con-
 sultat, presentia cernit, præterita re-
 cordatur, de futuris acutissime conij-
 cit: illa que sunt minus apta ad ex-
 tremum obtinendum relinquit, maiora
 adiumenta persequitur, nos a formidi-
num

um terrore vindicat, erroribus libe-
 rat, vias docet, quæ ad quietem & tran-
 quillitatem ferant, & tandem (quod
 plebilissimum est) quid sit agendum, quo
 & er modo vita sit instituenda præscribit.
 entia, hac^r principes sapienter moderantur
 r, pro resp. legibus aptis deuinciunt, magna
 , & cum autoritate, amplissima & opulen-
 teras tissima regna conseruant: hac^r impe-
 enim ratores caute copias in aciem educunt,
 arum vires hostium periclitantur, in latus
 ailla apertum irrumpunt, laborantibus
 a ho- subueniunt, magnos exercitus fun-
 i obe- dunt, urbes capiunt, tella diripiunt,
 is con- & gloriosissima victoria parta vber-
 e re- rimum fructum fortitudinis, & pru-
 onij- dentia percipiunt. hac patres familias
 l ex- liberos suos ad omne munus officij in-
 iora struunt, coniugibus honorem, seruis ci-
 iidi- bum, & operam conuenienter impertiunt,
 rum

^r
 A rōng
 pndent

^r
 Ab effat
 imperat

otium familiae nociturum non tribuunt, ingeniaq; sua ad tempus torquent, ac flebunt, rem domesticam optime tuentur, atq; augent. Quis enim medicus morbis desperatis, unquam curationē adhibuit, qui huius, virtutis praesidio familiarissime non vteretur? quis gubernator ex magnis procellis, & tempestatibus incolumis unquam evasit? qui non esset prudentissimus? quis imperator (astella, &c) vrbes loci natura, & hominum artificio munitas feliciter expugnauit, qui ad prudentiam veluti ad bellicae disciplinae gubernatricem assidue non confugere? o subsidium vitae humanae, o specimen virtutum: nulla enim vitae pars, neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si quis secum agat, neq; si cum altero contrahat, vacare debet pruden-

buūt, ia, in eaq; colenda omne studium accu-
 nt, ac te ponendum existimo. hac³ Solon st- 3
Acōgl.
 tuen- nulatione stultitia, leges Atheniensi-
 dicus us imposuit: Lycurgus redivus pactio- 3
Plutarc.
 tionē re, Lacedæmonios armavit: Romulus
 diofa Sabinorum cōnubia coniunxit: Brutus
 uber de matre suavianda acutissime conie- 4
Lini.
 esta- turam fecit: Appius cæcus pacem pene
 qui- abtam cum Epirotarum rege diremit:
 pera- Cato sumptus matronarum coercuit,
 & dūq; multi familijs, urbibus, provin-
 ex- ijs laborantibus, opem opportunissi-
 ti ad me tulerunt.

Iustitiæ locus communis.

Si omnis virtus in re difficili versa-
 tur, & difficilia pulcra, ut nobilissi- A. estimor
 ni scriptores memoriæ prodiderunt, ne
 no debet dubitare, quin iustitia cæteris

DE RHETORICA.

virtutibus, dignitatis laudem præri-tem tru-
 piat, quæ eas omnes longe vtilitate, & temere
 difficultate vincit. ¹ ille enim priuatum rones
 commodum, hæc vero publicum res-cit in p-
 picit: illa sibi tantum modo, hæc alijs notam
 etiam præsidia, & ornamenta querit. in man-
 illa proprijs rebus, hæc alienis tuen-magnu-
 dis & amplificandis studet: illa bo-phum,
 num humanum, & rebus alijs inna-norem
 tum, hæc diuinum, & cœleste, quod cernit
 ad alios pertinet, sibi præcipue proponit: facta p-
 cumqua, neq; ¹ lucifer, neq; vesper, vt tanqu-
 docemur veteri prouerbio, debet pul-saluã,
 critudine, & splendore comparari. hæc stentat
 eum qui fecit in iuriã, superiorem, natric
 eum, qui accepit inferiorem intelligit, cem, ô
 illi pœnam ¹ irrogat, huius iacturam fortitu
 resarcit, addendo, & deducendo, v- tu-Str
 trumq; facit æqualem. hæc luxuriose vi tu iube
 uentes damno coercet, iniquos admor- positu

¹
 paratis
 bus pro an
 aenti sū-

²
 ia.

¹
 Ethic. 5
 .1.

¹
 effectis.

preri rem trudit, ignavos verberat conuitio,
 te, Memere proiectos expellit ex ciuitate, la
 uatum rones in crucem tollit, parridas proy
 m ref-cit in profluentem, maleficisq; cunctis
 ec alijs notam nunquam delendam inurit. hec
 uerit. in mandandis magistratibus habet reru
 tuen-magnum delectum, magnanimis² triu
 la bo-phum, sobrijs laudem, vigilantibus ho-
 inna-norem, iustis diuturnum imperium de-
 quod cernit. hec tandem hominum dicta &
 ponit: facta premio aut pena copensat, & his
 er, vt tanqua duabus firmissimis colūnis rep:
 t pul-salua, copiosa, & bonis abundantē su-
 ri. hec stentat. o reginam virtutum, o guber-
 orem, natricem ciuitatum, o iuris emendatri-
 lligit, cem, o vnicum iniuriarum persugium:
 uram fortitudo in bello, temperantia in pace,
 o, v- tu- utrobique magnū nomen es consecuta:
 ose vi tu iubes⁴ exolui promissa opportune de-
 mor- positū reddi, neminem mutatione frau-
 tem

2
Distribua
singulis.

3
Exclam.

4
Dissoluti

DE RHETORICA

dari, nullum suis bonis euerti, nemini
 iniuriam fieri, sed illatam alicui con-
 stanter propulsari: tu bella suscipis,
 et sine iniuria in pace uiuatur, parta
 victoria, victos saepe numero seruas,
 in fidem recipis perdomitas ciuitates,
 tu dilatas imperia, et nullis finibus
 terminentur, propagas laudes in memo-
 riam sempiternam, ad te allicis hostium
 voluntates, ut malint iustis homini-
 bus inseruire, quam alijs nationibus im-
 perare te docti & barbari, inopes &
 copiosi, nobiles, & abiecti, magistratus,
 & priuati, summa obseruantia colunt,
 maiestatem admirantur, pulcritudinem
 expetunt: ex te iucundissimum fructum
 percipiunt, tibi concedunt palmam reli-
 qua virtutes, tibi debent maxima bene-
 ficia florentes resp. tibi se tradunt scho-
 lae culta disciplinis, tibi tandem omnis

domus

omnis copiosa, omne municipium cele-
 re, omnis hominum conuentus redde
 beneficia conatur, huius virtutis mu-
 Athenienses consilium Themistoclis
 lenum utilitatis, quo classis Lacede-
 moniorum ad Gythium subducta pos-
 et incendi, & eorum opes debilitari,
 quod alienum esset à iustitia, Aristidis
 auctoritate reiecerunt. ² Romani Falis-
 rum ludi magistrum, qui nobilissimos
 discipulos deambulationis specie, infra
 em inductos hosti tradiderat: casum
 erberibus ad Faliscos remiserunt, &
 quod non potuerant armis, officio admi-
 bili iustitiæ urbem expugnauerunt.
 idem cum quidam polliceretur, se Pyr-
 rum regem Epirotarum hostem Ro-
 mani imperij bellicosissimum veneno
 caturum, periculi admonito rege, iu-
 stitiæ cultum, & pulcritudinem, uti-
 litatis

A cōtingit

I
offic. 3.2
Liu. 5.3
Val. max.

DE RHETORICA.

litati maxime preterulerunt. Tyberius Gracibus, & Claudi-
 chus, gesta seuerissime cęsura, vocatus in senatum, & in
 iudicium, ac cognita ciuium voluntate, & ceteris, & fr
 eum absoluendi, & collegam damnã dicitur in Oly
 dixit publice, se in eadem causa fuisse, & as im
 eandemq; subiturum esse fortunam, & tum e
 vtrumq; periculo capitis iustissime libe-
 ratur, tanto studio veteres colenda iu-
 stitia flagrauerunt.

Locus communis Forti-
 tudinis.

Cum constet inter viros nomine sapiẽ virtut
 tia clarissimos, in omni rep. bonis le- ampli
 gibus temperata, excelso, inuictõq; ani- magn
 mo amplissimos honores deferri: etiam rem
 erit consequens, & rationi consentaneũ, phum
 magnitudinem & præstantiã animi, frudieru
 elu, & authoritate alijs virtutibus gloriã
 antecellere. Graci enim ingenio. & potest
 literis abundantes, ciuilibus mo- huius
 ribus

Gracibus, & humanitate culti, vnde doctri-
 tus in terra, fruges, iura, leges ortæ, & in alias
 tate, terras distributæ putantur: ijs, qui ter-
 rã diu in Olympicis certaminibus vincerent,
 ijsse, eas immunitates dederunt, vt alimen-
 tum exquisitum illis publice præbere-
 libe- retur, & vecti quadrigis, veluti trium-
 phantes in patriam reuersi, ipsi & eo-
 rum cognati essent in otio maxima cum
 dignitate. Romani multarum gen-
 tium victores, inclytis, & heroicis
 sapiẽ virtutibus ornati, in regenda, &
 is le- amplificanda Repub. præstantissimi
 s ani- magnanimis imperatoribus, vt hono-
 etiam rem amplissimum dederunt trium-
 phum, & supplicationes multorum
 dierum, ad omnia puluinaria, (quo
 tibus gloriosius, aut magnificentius dici nihil
 . & potest) sepe eorum nomine decreuerunt.
 mo- huius virtutis septus præsidio Hercules
 ribus

DE RHETORICA.

Hydrum, Leonem, Aprum, & alia im-
 manissima portenta sustulit, Antaum
 Gigantem, donec ilia rumperentur, cō-
 pressit. Cyrus Medorū imperio ad Per-
 sas translato, Asia deuicta, regna, quæ
 ad Solis ortum spectant hac virtute, su-
 begit. Alexander instar fulminis vi-
 ctorijs citius, quam alij cursibus pene
 totum Orientem peragrauit. Pompeius,
 vt alios omittam, octingentas, & qua-
 draginta naues prædombus victis ade-
 mit, copias Mithridatis influentes in
 prouinciam populi Romani sudit, re-
 gnisq; multis possessis, de tribus oris, &
 partibus mundi triumphauit. Hac etiã
 alij multi, quos breuitatis causa præte-
 reo, ad implenda rebus præclare gestis
 multa volumina, materiam copiosam do-
matio. *ciis suppeditarunt. O firmam patriæ
 conseruaticem, officij custodiam, hostium*
 victri

ia im-
 ta cum
 ur, cō-
 Per-
 , que
 te, su
 s vi-
 pene
 veius,
 & qua
 ade-
 es in
 , re-
 is, &
 c etiā
 rate-
 gessis
 m do
 atrie
 tum
 etri

tricem, castellum omni ex parte mu-
 nitum: tu ut primaria virtus, nomen
 viro mutuaris, metum ad consilium
 non admittis, temeritatem reprimis a
 commercio: tuo beneficio viri fortes do-
 lores acerbissimos perferunt, insana-
 biles plagas contemnunt, pugnantes id-
 em vestigijs insistent, & ne pedem re-
 erant, mortem gloriosam occumbunt:
 in re maxime pertimescenda uersa
 animos excelsos efficis inuictos, ia-
 rentes exsuscitas, vires confirmas, mili-
 tibus ducibus, glorie stimulos admo-
 nes, imperatoribus felicem exitum polli-
 ceris: tu ex manibus hostium gladios di-
 strictos extorques, eorum audaciam
 frangis, ex finibus nostris exterminas,
 iues metu liberas, exuuiarum opibus
 locupletas: tu firmissima aqua q; posternis
 & incendio vastas, gentes immani

3
Averi lo

4
Ab adin
circa qua

5
Ab effe

6
Dissolatio.

DE RHETORICA.

tate barbaras domas, regnis, provin-
 cijs opportunissimis, & fructuosissimis
 potiris, vaticinia diuina, præcepta vitæ
 beatæ, christianam religionem in vlti-
 mas terras deportas. in te populus opi-
 bus circumfluens, princeps potentia præ-
 clarus, respub. bene constitua nititur:
 tuo præsidio res urbana, artes ingenue,
 omnisq; conuietus humanus continetur:
 sine te, homines franguntur metu, ca-
 dunt animo, putantur ignavi, iniurijs
 cedunt, fortunæ succumbunt, boni impro-
 bis, iusti iniquis, sobrii ebriosi seruiüt:
 tollitur libertas, concidunt iudicia, silēt
 leges, populi, vrbes, nationes misera op-
 primuntur seruitute.

Locus communis tem-
 perantiæ.

Merito

7
 causa con-
 ante.

inanti

criptio op-
 S. R. ip.

ME
 cu
 conuit
 expert
 us ad
 vero cō
 vsus p
 homini
 hec eni
 ubus in
 & sen
 poris e
 rit, de
 tibus t
 guit, &
 bene
 & nu
 cium,
 tia po
 præsta

Merito quidem summi viri, Epicurum philosophum insectantur
 conuitijs, & stultum, ac penerationis
 expertem iudicant: qui cum cerneret cor-
 pus ad seruiendum natum esse, animū
 vero cōsiliū compotem, ad imperandum:
 vsus prepostero iudicio, summū bonum
 hominis, posuit in corporis voluptate.
 hec enim rationi inimica, cunctis virtu-
 tibus infensa, boni falsa imitatrix, esca
 & seminariū malorū omniū, vires cor-
 poris eneruat, pecuniam partam exhau-
 rit, dedecus hominibus imprimit, men-
 tibus tenebras affert, animi lumē extin-
 guit, consilium eripit, omnemq; vite
 bene constitutum statum perturbat,
 & nullum habet cum virtute comer-
 cium, neq; in regno voluptatis, temperan-
 tia potest vlllo modo consistere. hec enim
 prestantissima virtus paruo contenta,

1
 Ab adiu
 qua cito

2
 A fine.

1
 Ab adiu
 qua in se
 2

A conglot

5
 Ab effect
 voluptat

DE RHETORICA.

ab epulis exquisitis abstinet, ab immani ro ami
 bus poculis temperat, a rebus Venericis, nento,
 ut ab agresti domino profugit, blandi- nes pro
 tijs obsistit, libidines refrēnat, indomi- um mu
 tos appetitus, & exultantes coercet: hec anoru
 industriam exacuit, ingenij lumen ac- on uiu
 cendit, humores nocituros vel conficit, imis ep
 vel gigni non patitur, valetudinem tue ibere c
 tur, homines vinolentia, insomnijs, & immort
 cruditate liberat, corpus corroborat, & timoth
 firmum ad onera publica sustinēda tra audau
 dit senectuti. Huius ope homines fruga resenti
 les parcunt pudicitia sua, non spoliant unda,
 alienam, non effundunt patrimonium, eretur
 non fenore trucidantur, non incurrunt iracia
 in aliorum famam, non probrum castis, uissim
 labem integris, infamiam bonis inserūt, abore
 non illecebris deliniti bacchantur in vo onfecit.
 luptate. ex hac multi viri nobiles exite ta eius
 runt: Anacharsi enim Scythicum tegmē tis disc

pro

Romano amictu, solorum callum pro calcia-
 pereis, nento, terra pro cubili, lac pro cibo, fa-
 landi- nes pro condimento fuit. Epaminondas
 domi- ummus imperator, cum quo gloria The-
 et: hęc anorum orta simul & extincta est, ad
 en ac- onuiuium inuitatus mensas, exquisitis
 pficit, smis epulis extructas, ob frugalitatem
 m tue bere contempsit, illasq; non sibi sed Dijs
 is, & immortalibus paratas esse respondit.
 at, & timotheus nobilis Atheniensis, cenam
 a tra uidauit Platonis, quæ non solum in
 fruga ressentia, sed etiam die postero esset iu-
 oliant unda, ut mens recte suo munere fun-
 ium, eretur. Socrates, Apollinis, & totius
 rrunr Græciæ iudicio sapientissimus, vsus te-
 astis, uissimo victu omnem vitæ cursum, in
 erūt, labore corporis & animi contentione
 in vo onfecit, & ad extremum spiritum proue-
 exute ta eius sapientia est, pro seminat is tot se-
 egmē tis discipulorum, cum incredibili laude

I
 Tusc. 5.

pro

totius

DE RHETORICA

totius posteritatis. Sileo Antonium ere-
 mitam in solitudine annos viginti, pa-
 ne, & aqua vixisse: Hilarionem, ali-
 osq; viros sanctos, herbis sponte nascenti-
 bus nutritos, in locis desertis habitas-
 se: Hieronymum, doctissimum sancta-
 rum scripturarum interpretem, lumen
 doctorum, terrorem hereticorum, aqua
 & herbis contentum, ab hominum fre-
 quentia, veluti à loco pestilenti refugis-
 se. O virtutem diuinam, prudentie cu-
 stodiam, in exhaustum veetigal, tenta-
 tionum presidium, quod animum, &
 corpus, ab egrotatione ad sanita-
 tē, a periculo ad tuitionem
 & tranquillitatem
 conuertis.

ORATIO

OR
 tore

H

me nu
 candi
 immer
 cam es
 viri,
 anime
 derem
 dact a
 ptis, s
 graui

Oratio habita ab au-
tore cum obtinuit sine competito-
re cathedram eloquen-
tiæ primariam.

ET SI vereor Rector huius
Academiae, Patres doctissi-
mi, ne homines arbitrentur
me nunc uti simulationis artificio, quod
candidati honorem aliquem petituri, nō
immerito sint suspecti: tamen quod di-
cam est verius, me interitu clarissimi
viri, Magistri Torris, maiorem opinione
animo cepisse dolorem. Nam cum vi-
derem dicendi facultatem ad paucos re-
ductā, & bona ingenia, his studijs, cōtem-
ptis, spe maiorū præmiorū in disciplinis
graviorib⁹ occupari: eū vero laboris patie-
tissimum

Ab adit
qua cura

Benevol
cit ab o
miserico

ORATIO

DE RHETORICA.

tissimum, literis decoratū, etatem in hac
 arte contriuisse: letabar virū optimum,
 & his studijs præstantem, non sine ma-
 gno Academiae fructu, mecum in eodem
 curriculo & literarum exercitatione
 versari. Cum enim mira sit tolerabiliū
 oratorum paucitas, quæ meum animum
 sollicitat, & cruentat: & vnusquisq;
 desideret artem, cui ille deditus est, coli,
 & florere studiosorum frequentia: non
 video cur paucorum nummorum potius
 deberem accessione letari, quam detri-
 mento, & decessione eloquentiæ dolere:
 cuius grauis iactura iam oculis cerni-
 tur, ne vero occasus, & interitus appro-
 pinquet, Academiae nostræ optimus &
 sapientissimus quisq; vehementer perti-
 mescit. Sed quoniam ille magnum desi-
 derium sui reliquit, & nos potius ca-
 sum Academiae, quam illius mortem de-
 plorare

laudatio
 noctui,
 et est in-
 a

lorare
 ti ve
 uc spe
 odicia
 acta no
 cerrim
 liquot
 eficio
 erem, a
 uonda
 elatis
 r iudi
 nulli
 excitato
 onibus
 acane
 us ves
 lebrit
 eum,
 cadem

lorare debemus, officio meo, & volū-
 ti vestra consulam, & pauca, quae
 ue spectant breui referre conabor. Si
 iudicia vestra, toties honorifice de me
 acta non aperte declararent, vos esse
 cerrimos defensores iustitia, & mihi
 liquot animi, & ingenij praesidia, be-
 neficio naturae & industrię tributa: ostē-
 erem, altius repetito principio, me iure
 non dam cathedram petuisse, vos vero
 elatis mihi honoribus iuste, & sapien-
 ter iudicasse. At vero cum in re tā tri-
 nullius aures arbitrer peregrinari, &
 excitato maximo plausu, meis lucubra-
 tionibus consenserit Academia: super
 acaneum putavi haec inculcare auri-
 bus vestris: necessarium vero, & tanta
 celebritate dignissimum, gratū animum
 ueum, cum vestra beneficentia, laudes
 Academiae, cū hac petitione coniungere.

DE RHETORICA.

Quis enim grati animi memoriam, cū si R
 benevolentia non usurpet? quis hęc exquend
 miam virtutem amplissimis verbis non a
 exornet? quis id, quod saepe desideratum
 in hominib⁹, in animalib⁹ rationis experie
 tib⁹ splēdescere nō miratur? viri clari beni det
 nemeriti de literis, & seruiētes posteriori quis
 utilitati, memorię prodiderūt. Ciconiā miret
 & canē apud Aegyptios, grati animi sym adum
 bolū extitisse: ne immerito sane. nā si mi ho
 Ciconia parētib⁹ senio cōfectis nidū cū alias
 struit, & quā mollissime potest, subser. mio e
 nit, cibū querit, & subministrat, & on tur,
 nia, quę ad eorū salutē & indulgentiā Sam
 spectāt, acuratiissime cōparat: quis nega dicit
 in ea huius virtutis vestigiū, & speciē ap ti di
 paruisse? si Canis apud Pyrrhū Regē de simu
 mini sui cadaver custodivit, & iridui pro e
 ibi sine cibo & potu permansit, agnitoq. luit
 interfectore, latratu, & morsu indicavit to de

positio or
 a uterq
 ioue.

ciconia,
 cane ad-
 eres grati
 animi signifi
 tis ergo la
 omine.

malari.

am, cū in Romā, cum animaduertetur in
 hāc exquendam, canis eius à carcere abigi,
 his non a corpore ad scalas gemonias abie-
 derat, iusto dimoueri non potuit: & panem illi
 s' exprobiectum ab spectantibus, ad os domi-
 clari bini detulit: quis id sibi non persuadeat?
 sterori quis Ægyptiarum prudentiam non ad-
 Ciconiā miretur? qui his signis rem latentem
 imisym adumbrarunt? qui legem grati ani-
 e. nā mi hominibus præscripserunt? Leo qui
 midū cū alias belluas ferocitate vincit, Elpi Sa-
 sub ster. mio educenti ex faucibus os, quo angeba
 , & on tur, quesita, & oblata præda, dum
 lgentiā Samius in Africæ litore fuit, beneficium
 is nege dicitur reddidisse. Mithridates rex Pō
 heciē aq ti disciplina bellica, & crudelitate notis
 Regē de simus Leonico dedito sibi, permutata,
 tridū pro eomagna captiuorū multitudine ma
 gnitoq. luit se periculis obijcere, quā benemeri
 dicauit to de se militi gratiā cumulate nō referre.

DE RHETORICA.

Lucius Sylla animo effrato, & humani sanguinis sitientissimo, Pompeio ad huc iuveni ad eum venienti assurgens, quod eius partes acriter suscepisset, oblitus suæ naturæ, multa grati animi, & humanitatis officia præstitit. Si in bellis immanissimis vestigium huius virtutis cernitur, & laudatur: si apparuit in hominibus, qui ex portentis extiterunt debet in illis desiderari, qui in schola Complutensi, in domicilio virtutis, & sanctitatis vixerunt? debet is illa carere qui à vobis in hoc clarissimorum hominum conuentu diutius fuit institutus?

Gratias ago immortales Academię nostræ, quæ me grammaticis præceptionibus instructum benigne excepit, autum liberalibus studijs, & cum primis de præmio cõtendentem inter sexaginta iuvenes

iuuen
renu
grati
iustit
multo
guem
studi
magi
nis &
tuc i
elega
rum
navi
atq;
rian
nosti
nem
inuo
cia,
quin

iuuenes doctissimos octauū in licentijs
 renuntiauit: cum spes non pecunia, nō
 gratia, non ope cuiusquam, sed vestra
 iustitia, & meīs vigilijs niteretur. non
 multo post cooptatus in domum Trilin-
 guem, sedem Musarum, receptaculum
 studiosorum, seminarium eloquentium
 magistram humanitatis me totum lati-
 nis & Græcis literis tradidi. Florebat
 tūc illa domus grauioribus disciplinis,
 elegantia sermonis, varietate lingua-
 rum, optimis ingenijs, illa suis opibus or-
 nauit Complutēsem scholam: Æmuloꝝ
 atq; imitatorum studijs adiuta, barba-
 riam in Hispania regnantē ex finibus
 nostris eiecit: purum & ornatum sermo-
 nem peregrinantem à nobis in Hispaniā
 inuexit: illi multa præclaraq; benefi-
 cia, quorundam iudicio, debet schola,
 quinq; annos circiter in illis sedibus ha-

1
 ab ad
 que in

2
 Glob.
 finis.

DE RHETORICA.

bitavi, eruditorum (ut dixi) cinētus
 comitatu : Sextus nondum erat in exi-
 tu, cum docenda rhetorica & admini-
 strando collegio diui Eugeny me prese-
 cit Academia: aliquo spatio tēporis inter
 posito, gessi annos multos cathedrā Quin-
 tiliani instituētis a primis, (ut aiūt) un-
 guiculis oratorē: nūc vero primaria rhe-
 toricę cathedra mihi, sine cōpetitore, de-
 cernitur. Quā vero rationē reddiderim
 eorū quę mihi mandata sunt, quo pacto
 optatis sapiētīū responderim, dicat testi-
 moniū schola, quā nūquā ut arbitror
 decreti facti penituit. palā loquatur, no-
 bilitas quę nostris laborib⁹ erudita ubi-
 cūq; sit honoratur, eminent è ceteris, &
 magistrū suū in altissimo gradu colloca-
 ta, nominare nō erubescit: testentur meę
 lucubrationes, quę præsunt, & proderūt
 studiosis, & auctore extincto (ut spero)
 vigeant

x
 dunt
 circūstā.

vigebū
 ia. haec
 ut qu
 dicitur a
 non à
 turbat
 to, sed
 ritate
 tantu
 bus,
 phęa
 etus,
 tas co
 neq;
 multi
 rum
 a cō
 in d
 qu
 tiun

Etus ngebūt fortassis aliquot seculorū memo
 exi- ia. hac non in eum vsum cōmemoravi,
 ini- ut quæ feci altius extollerem: sed ut iu
 rse- dicia à vobis de me facta declararem,
 nter non à gratia, sed à iustitia: non à per-
 uin- turbatione, sed à sapientia: non à priva-
)vu- to, sed à publico emolumento, & Dei cha-
 rbe- ritate fluxisse. Hoc animum talia cogi-
 , de- tantim exhilarat, & ex varijs angori-
 rim- bus, & sollicitudinibus reficit: hæc tro-
 uelo- phæa me excitant a somno: ut neq; scie-
 esti- Etus, quæ sensim irrepfit: neq; imbecil- i-
 ror- tas corporis, quæ sæpe labori succumbit:
 ,no- neq; occupatio assidua, & molesta quæ
 vbi- multorum, vires requirit, cursum meo-
 , & rum studiorum retardet, aut abducat
 oca- a cōmuni utilitate. Alijs sit iucundum
 neq- in delitijs & voluptatibus bacchari,
 rūt- quod animalium ratione non uten-
 ro) tium proprium est. alij inflati volitent
 int

2
Pars.3
Distribut
coniunct.4
Alia di-
batio in
inmēis.

DE RHETORICA

in vrbibus inanes rumusculos confecta
 ti: alij pecunie seruiant, quae in animos
 angustos inuadit, miseraq; opprimit
 seruitute: mihi gratissimum est. Acade-
 mie vestrae seruire, studiosos opera, &
 consilio iuuare, et beneficia mihi data
 memoria crebro repetere. huius me e volu-
 tatis esse debet non imbecillum argu-
 mentum: nam inuitatus magnis stipen-
 dijs, ut in alia schola, Latinam & Gra-
 cam linguam docerem, & literis grauis-
 simorum hominum accersitus, illis (ut
 par erat) cumulate gratias egi, & vsus
 excusatione valetudinis, vestra iudicia
 omnibus praemijs anteposui.

Erat postremum de Academia pau-
 ca dicere. Galenus alter parens medici-
 nae, dū conaretur homines ad artes, edis-
 cendas adhortari: fingit Mercurium nō
 solum eloquentiae principem, quod lega-
 tiones

tiore
 ria ad

tiones
 gium
 frem
 taba
 prox
 phi, m
 ba, ar
 stinēt
 hi qui
 bant, r
 sed co
 bant r
 quo a
 quae m
 curiu
 meni
 illust
 ter pa
 expul
 rerum

tiones

tiones deorū solitus esset obire, sed egre-
 gium omnium artium magistrum, illu-
 strem pulcritudine singulari, inquadra-
 ta basi firmiter constituisse. in eius nutū
 & proximi intuebantur geometra, philoso-
 phi, medici, hos sequebatur pictores, scri-
 bae, architecti, fabri, reliquiq; opifices di-
 stinctis ordinibus, interuallis; constitui-
 bi quietis & pacatis animis non curre-
 bant, non clamabant, non pugnabant,
 sed coniectis oculis in deum, eum cole-
 bant vultu, & obseruantia mirabili, a
 quo amplissima accepisset beneficia. Sed
 quæ nam hæc species? quis est iste Mer-
 curius? re vera cardinalis Franciscus Xi-
 menius genere, dignitate, & sanctitate
 illustrissimus, cultor vera virtutis, pa-
 ter pauperum, literatorum perjugium,
 expulsor ignorationis, pulcherrimarum
 rerum sapientissimus inventor: qui hæc
 T 5 scholam

notatis.
4
F. 110.
oparatis
 scholam bonorum ingeniorū³ alicricē, Iu-
 mē omniū gentiū, emporiū bonarū artium
 officinam humanā, & diuinā sapientiē
 feliciter⁴ cōdidit, opibus, ac redditib⁵ au-
 xit, literis locupletauit: & quia frui-
 tur euo sempiterno, illam protegit, sustē-
 tat, & pro ea non desinit diuinā boni-
 tatem deprecari. fuerūt quondā in Grę-
 cia celebres bonarū artium inuētrices⁶ A-
 thenę, vnde iustitia, & equitas ad aliā pro-
 uincias manauit: nunc à Turcis posse se
 suisq; ornāmentis nudatę, ne vestigiū qui-
 dem humanitatis dicūtur retinere. Fuit
 pulcherrima Rhod⁷ Aristippi appulsu, &
 Apolloniū literis incluta nostris tēporib⁸
 à barbaris capta, libidini, auaritia, tyrā-
 nidi prębet domiciliū. Sūt nūc in Africa
 collegia, magistris & auditorib⁹ honesta-
 ta, & in Sinarū regione (Chinā nūc appel-
 lam¹⁰) scholę, literatorū cōuētus, in qui-
 b¹¹ seuerissima ratio iussu principis ab stu-

diosis
 ausis,
 rostrā
 Germa
 ū frequ
 ingula
 sequi
 putau
 detur
 possim
 tollat
 ta pri
 dētiā
 prest
 quod
 ris: a p
 videl
 ritate
 diuin
 lāt sch
 dictis

ius exigitur: sed hec omnia multis de
 ausis, quas decurrere longum esset nihil ad
 nostram scholam. Quae vero Gymnasia in
 Germania, & Gallia florēt literis, & iue
 nū frequētia, cū nostro, non cōparo, quia
 singularū descriptiones, statū, ordinē per
 sequi iustissimis & causis praefermittēdū
 putavi. Ex his quae reliquae sunt, vna vi
 detur esse Salmaticēsis schola quā nostrae
 possim⁹ opponere: cui, ut hec cōtrouersia
 tollatur, cōcedim⁹ antiquitatē, opes, mul
 ta primaria collegia: dam⁹ etiā iurispru
 dētiā quā Gallis ac Italis se equauit, aut
 prestitit: nobis tñ cōcedāt illi necesse est
 quod à rudib⁹ & doctis: ab humilib⁹ et cla
 ris: a priuatis, & magnis principib⁹ cōcedit
 videlicet differēdi ratione, naturae obscu
 ritate medēdi arte tradēda philosophia
 diuina praecipue, quā disputatricē appel
 lāt scholā hāc multū excellere, neq; quis
 quam

quam hoc ambitiose potius, quam verò, expeditū esse arbitretur. nam in alijs scholasticis, magistri licet sint eruditissimi vt libebent, concedimus: explanant autores, personarū rē attingunt subtiliter: discipuli tamē cum non sint priuatim & publice crebro illa & necessarię concertationes, fidem habent, & languorem asserunt preceptoribus, neq; tam rationum momentis, quę erant magistrorum autoritate res ipsas confirmant, putantq; instar Pythagoreorum valeat satis esse illos dixisse, aliter in schola non timent, nam attendunt discipuli, iudicant quo te libere, credūt rationi, obijciūt propositis, instant magistris: & dum proponunt sibi ante oculos subeunda esse periculo-cimensa iudicia, cogunt illos rebus penitus conspicis, premunitos, armatos, ad eum Episcopum mentandū venire. ideoq; Compluti at res, & tentius leguntur autores, quæratur a schola

I
dissimili.

n vero, expolitur ingenium, limatur doctrina
 scho ruet opus: collegiorum impluvia, calles,
 ut liubicula, campus vocibus doctissimis
 tores personat, huius scholae exercitationes
 tamēunt veluti instrumenta Vulcani: Nā
 crebre illa mouent non mota: efficiunt non pul
 m ha-a, & sine artifice, sine ministro ensem,
 ptori scutum, galeam & vastis fornacibus tem
 s, quāerant: sic nostrae exercitationes crebre,
 confirmatae, statutis diebus necessarię, per
 rum se valent, ac uunt ingenia, ut possint in
 pla non timida rerum subtiliter penetrare. Sed
 licant quo te piaculo praeteribo, Iusti, & Pastro
 poste, ris ecclesia sancta, sanctis dicata, a san
 nuntis protecta, sapientibus illustrata! O spe
 culo-cimen innocentię, O scholae moderatricę,
 nitus O consilium sapientium, O seminarium
 dom Episcoporum. Tu sanctorum virorum mo
 uti at res, & vitam effingis, venerandis canis
 rra-scholae dignitatem tueris, iuuenes exm-

²
 Galenus in
 4. de usu p
 ium.

³
 Exclamat
 & cogloba

DE RHETORICA

exēplo, & integritate coerces, vt diuinū
 oraculum reddis responsa, ornas genera
 lia cōcilia & omnia decretis sanctorū pa
 trum metiris: tu non amplis redditib⁹ nō
 comitātū apparatus, nō epulis exquisi
 tis, sed mediocri re, innocētiavitē, solida
 & expressa doctrina, cū etis toti⁹ orbis Ec
 clesijs antecellis, tui Canonici, doctores
 theologi aut iurisperiti, ij, quib⁹ redditū
 minor tribuitur portio, magistri: qui can
 didis, purpureis, aut ceruleis apicib⁹ or
 nati, te admirabilē, speciosam, atq; prae
 stantē efficiūt. O illustrissime Cardina
 lis, ò clarissime Mercuri, instaurator hu
 ius Ecclesie, cōditor huius scholae, vides
 hūc doctorū ordinē, hūc magistrorū cetū
 hāc studiosorū frequētiā pendētē ex te,
 nō vt ex Mercurio, quē Deū vana finxit,
 antiquitas, sed tāquā ex magno patro
 no, qui Decum viuum & prapotentem
habes

habes propitium. suscipe patrociniū scho-
 le, dissidia, factiones, pericula ab ea pro-
 pulsa: iaculamur procellis, tu non inco-
 lumes serua: annonæ caritas est, tu uti-
 litatē imperti: flagram^o inuidia, tu illā
 restringue: captū Oranū, Mauri perdomi-
 ti, Hispania administrata, Procerum spi-
 ritus remissi, tibi laudem multorum lite-
 ris atq; linguis celebratā attulerūt: sed
 mihi crede de schola & Ecclesia tua,
 summa prudentia constituta, de fruētī-
 bus earum, nulla ciuitas ingrata, nulla
 natio barbara, nulla demiq; cōticescet ve-
 tustas. Quāobrem illi gratias ago, qui
 hoc lycæum tot illuminatum sapientibus
 extruxit, qui aditum antea pene Hispa-
 nis ad literas interclusum patefecit: gra-
 tias ago Academię, quæ me sepe ad opta-
 tum exitum prouexit, dissentiente nemi-
 ne, & me nunc ad cathedrę primariam
 extulit

DE RHETORICA.

extulit ac meas lucubraciones probavit: quæ nullam occasionem ornandi me, siue esset posita in honore verborum, siue in cumulo dignitatis, prætermisit, cui ego promitto, neq; in reddendo beneficio, gratum animum: neq; in perferendo labore patientiã: neq; in colligendo fructu delectum: neq; in ea ipsa ornanda animum & Studium mihi unquam desuturum.

COMPLVTI.

Ioannes Iniguez à Lequerica excudebat.



oba-
me,
sive
cui
bene-
feren
ofr
in

RETRATOS Y

GALE

11-8

BRITISH
LIBRARY

BRITISH LIBRARY
SERIALS ACQUISITION
SERIALS ACQUISITION
SERIALS ACQUISITION